This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Jest to cyfrowa wersja książki, która przez pokolenia przechowywana byla na bibliotecznych pólkach, zanim zostala troskliwie zeskanowana przez Google w ramach projektu światowej biblioteki sieciowej.

Prawa autorskie do niej zdążyly już wygasnąć i książka stala się częścią powszechnego dziedzictwa. Książka należąca do powszechnego dziedzictwa to książka nigdy nie objęta prawami autorskimi lub do której prawa te wygasly. Zaliczenie książki do powszechnego dziedzictwa zależy od kraju. Książki należące do powszechnego dziedzictwa to nasze wrota do przeszlości. Stanowią nieoceniony dorobek historyczny i kulturowy oraz źródlo cennej wiedzy.

Uwagi, notatki i inne zapisy na marginesach, obecne w oryginalnym wolumenie, znajdują się również w tym pliku – przypominając dlugą podróż tej książki od wydawcy do biblioteki, a wreszcie do Ciebie.

Zasady użytkowania

Google szczyci się wspólpracą z bibliotekami w ramach projektu digitalizacji materialów będących powszechnym dziedzictwem oraz ich upubliczniania. Książki będące takim dziedzictwem stanowią wlasność publiczną, a my po prostu staramy się je zachować dla przyszlych pokoleń. Niemniej jednak, prace takie są kosztowne. W związku z tym, aby nadal móc dostarczać te materialy, podjęliśmy środki, takie jak np. ograniczenia techniczne zapobiegające automatyzacji zapytań po to, aby zapobiegać nadużyciom ze strony podmiotów komercyjnych.

Prosimy również o:

- Wykorzystywanie tych plików jedynie w celach niekomercyjnych
  Google Book Search to usluga przeznaczona dla osób prywatnych, prosimy o korzystanie z tych plików jedynie w niekomercyjnych celach prywatnych.

- Nieautomatyzowanie zapytań
  Prosimy o niewysylanie zautomatyzowanych zapytań jakiegokolwiek rodzaju do systemu Google. W przypadku prowadzenia badań nad tlumaczeniami maszynowymi, optycznym rozpoznawaniem znaków lub innymi dziedzinami, w których przydatny jest dostęp do dużych ilości tekstu, prosimy o kontakt z nami. Zachęcamy do korzystania z materialów będących powszechnym dziedzictwem do takich celów. Możemy być w tym pomocni.

- Zachowywanie przypisań
  Źnak wodny"Google w każdym pliku jest niezbędny do informowania o tym projekcie i ulatwiania znajdowania dodatkowych materialów za pośrednictwem Google Book Search. Prosimy go nie usuwać.

- Przestrzeganie prawa
  W każdym przypadku użytkownik ponosi odpowiedzialność za zgodność swoich dzialań z prawem. Nie wolno przyjmować, że skoro dana książka zostala uznana za część powszechnego dziedzictwa w Stanach Zjednoczonych, to dzielo to jest w ten sam sposób traktowane w innych krajach. Ochrona praw autorskich do danej książki zależy od przepisów poszczególnych krajów, a my nie możemy ręczyć, czy dany sposób użytkowania którejkolwiek książki jest dozwolony. Prosimy nie przyjmować, że dostępność jakiejkolwiek książki w Google Book Search oznacza, że można jej używać w dowolny sposób, w każdym miejscu świata. Kary za naruszenie praw autorskich mogą być bardzo dotkliwe.

Informacje o usłudze Google Book Search

Misją Google jest uporządkowanie światowych zasobów informacji, aby staly się powszechnie dostępne i użyteczne. Google Book Search ulatwia czytelnikom znajdowanie książek z calego świata, a autorom i wydawcom dotarcie do nowych czytelników. Caly tekst tej książki można przeszukiwać w internecie pod adresem `http://books.google.com/`

BIBLIOTEKA
POETÓW I PROZAIKÓW POLSKICH
XVI–XVIII w.

ZESZYT XXIV.

WIERSZE

i przepowiednie,

wry i paskwile

XVI wieku.

WYDAŁ

r **Wierzbowski**.

Z zasiłku Kasy pomocy
naukowej im. Józefa Mianowskiego

Ra W
we Lwowie, Plac Łokietka 1

na Ł Ko

ML 29.7

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

139

WIERSZE POLITYCZNE.

BIBLIOTEKA
ZAPOMNIANYCH POETÓW I PROZAIKÓW POLSKICH
XVI—XVIII w.

ZESZYT XXIV.

WIERSZE
polityczne i przepowiednie, satyry i paskwile
Z XVI WIEKU.

WARSZAWA.
1907.

WIERSZE
polityczne i przepowiednie, satyry i paskwile
Z XVI WIEKU.

Zebrał i wydał

Teodor Wierzbowski

Z zapomogi Kasy pomocy
dla osób pracujących na polu naukowem
im. d-ra Józefa Mianowskiego.

WARSZAWA.
Druk K. Kowalewskiego, Mazowiecka 8.

1907.

ML 29.7

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
MAY 31 1967

Przedmowa.

Fantazyi i dowcipu z natury nie brakowało Polakom nigdy; nie dziw więc, że pierwiastek satyryczny w literaturze polskiej gra tak wybitną rolę. Swoboda i żywy rozwój życia polityczno-społecznego były powodem, że celem albo przedmiotem dowcipu były też sprawy kościelne, polityczne i społeczne; ożywczem i pomocniczem źródłem tego objawu był zbyt rozwinięty indywidualizm i wrodzone również zaufanie do osobistego zdania, jako najlepszego, które chociażby sprzecznem było ze zdaniem wszystkich, niech przynajmniej ludzie wiedzą, co ono w sobie zawiera! Malkontentów zresztą i stronników przeciwnych opinii nie zbrakło nigdy w żadnym obozie; zwracali oni zazwyczaj ostrze bezimiennej krytyki albo dowcipu przeciwko zdaniu większości: stąd tak wielka liczba rozmaitego pokroju i rodzaju politycznych wierszy, przepowiedni, paskwilów, satyr i pamfletów, ukrytych w większej części w rękopisach szczególniej wieku XVII i XVIII, gdy różne objawy rozkładu i upadku, jakoteż emulacya rodzinno-egoistycznych partyi ciągły wówczas dawały powód do wypowiedzenia słusznego oburzenia lub zjadliwych uwag o wszystkich kwestyach bieżących, które miały jakiekolwiek donioślejsze znaczenie. Używano też często podobnej broni umyślnie, wiedząc, że skuteczną będzie, skoro w Polsce nawet ludzie ustalonych, jakby sądzić można, pojęć i tendencyi, zbyt wrażliwi byli na objawy tak zwanej opinii publicznej i stosownie do niej zmieniali nieraz swe zdanie i postępowanie.

Utwory w tym rodzaju zjawiać się zaczęły niemal jednocześnie z tworzeniem się literatury samodzielnej. Wiersz o Andrzeju Gałce z Dobczyna, pieśń o zabójstwie Tęczyńskiego, satyra na leniwego kmiotka, które słusznie zaliczone być mogą do tej kategoryi, powsta-

ły jeszcze w XV wieku. Następne stólecie i w tym kierunku odznacza się większą płodnością; ma nawet specyalnego przedstawiciela pamfletu w zjadliwie złośliwym Andrzeju Krzyckim, którego cięte i uszczypliwe wiersze, wymierzone przeciwko pojedynczym osobistościom, w swoim czasie kursowały tylko w rękopisach i dopiero w najnowszym czasie ogłoszone zostały. [1]) W „Pamiętniku Sandomierskim" [2]) wydrukowano pamflet na małżeństwo Zygmunta Augusta z Barbarą Radziwiłłówną. Do tej samej kwestyi, jakoteż i do sporów między stanami w kwestyach politycznych i religijnych, odnoszą się „Nieznane polskie i łacińskie wiersze" z lat 1548—1551, wydane przez Józefa Korzeniowskiego. [3]) Widać z nich, że zarówno Rej, jak i inni nawet wybitni pisarze puszczali w kurs tego rodzaju wiersze, nie drukując ich i nie włączając następnie do ogólnego zbioru swoich utworów; boć i Kochanowski taki wiersz napisał: „De electione, coronatione et fuga Galli", który w poprawnym tekście niedawno ogłosił prof. Grzegorz Saenger.[4]) Jeden wiersz z powodu unii Lubelskiej wydał Józef Szujski. [5]) Paskwile z czasów pierwszych bezkrólewi zebrali Włodzimierz Stanisław hr. de Broel-Plater [6]) i dr. Jan Czubek. [7]) Takiż paskwil z czasów pierwszego bezkrólewia ogłosił Kazimierz Chłędowski w rozprawie „Paszkwil polski". [8]) Jestto jedyna rozprawa w tej materyi, jaką posiadamy dotychczas; szkoda jednak, że zbyt ogólnikowo i pobieżnie rzecz traktuje, skoro w zakresie XVI wieku uwzględnione są w niej niemal wyłącznie tylko odpowiednie wiersze Krzyckiego.

Zdaje mi się, że jest to wszystko, co dotychczas w tym rodzaju mamy w druku z XVI wieku. Prowadząc archiwalne studya, zbierałem od lat 30 utwory tej kategoryi i składany powoli zbiorek oddaję obecnie specyalistom do naukowego użytku. Wobec rozszerzających się coraz bardziej historycznych badań uwzględniane będą zapewne i takie materyały, jako wyjaśniające podrzędne szczegóły albo rzucające odmienne światło na dane historyczne fakty. Że historyk i z takim materyałem liczyć się powinien, dowodzi sama wrażliwość

---

[1]) K. Morawski, Andreae Cricii carmina. Kraków, 1888.

[2]) Warszawa, 1830, tom II, str. 381; przedrukowany przez M. Balińskiego w „Pismach historycznych", tom I, str. 292.

[3]) Rocznik filarecki, tom I, str. 575.

[4]) Двѣ петербургскія рукописи латинскихъ стихотвореній Яна Кохановскаго. Petersburg, 1905, str. 6.

[5]) Jagiellonki polskie, tom V, str. 312.

[6]) Zbiór pamiętników do dziejów polskich, tom IV, str. 47 sqq.

[7]) Pisma polityczne z pierwszego bezkrólewia. Kraków, 1906.

[8]) Przewodnik naukowy i literacki, 1879, tom VII, str. 305.

ówczesnych ludzi na wygłaszane taką drogą i w tej formie opinie. Na wojnie kokoszej namnożyło się „paskwilusów" do tego stopnia bezwzględnych, że Jan Tarnowski hetman powstawał przeciwko nim, jako przeciwko publicznemu zgorszeniu, a Stanisław Tęczyński, wojewoda krakowski, bronić się musiał przeciwko insynuacyom w ten sposób nań rzucanym. Pod wpływem dygnitarzów Zygmunt I w dniu 1 lutego r. 1537 wydał osobny mandat, naznaczając nagrodę 100 dukatów za odkrycie ich autorów, autorom zaś samym karą śmierci zagroził. [1]) Mikołaj Radziwiłł w r. 1548 odradzał Zygmuntowi Augustowi podróż wraz z żoną do Poznania, żeby umyślnych nie trzymać laufrów do zdzierania paskwilów, jakiemiby oblepiano karetę królowej Barbary. [2]) Oburzenie swoje na „sprośny pasquillus" w wyrazach bardzo dosadnych wypowiedział inny senator — Jan Chodkiewicz, kasztelan wileński, w r. 1573. [3]) Wreszcie nawet w Wiedniu przyjaciele Habsburskiej dynastyi, jak Hugo Blotius w r. 1588, pisali krytyki lub odpowiedzi na paskwile wymierzone przeciwko tej rodzinie i jej stronnikom.

Zbiorek niniejszy przeznaczony jest dla obeznanych z historyą XVI wieku, więc zaopatrzony został tylko w niezbędne objaśnienia. Wszystkie niemal utwory przepisane są z rękopisów współczesnych samym wypadkom; prawie wszystkie są bezimienne i bez daty; odpowiedni rok został dopisany przy tytułach. W samym końcu dołączono kilka utworów ogólnej treści, pochodzących, według mego zdania, również z XVI stólecia.

Warszawa, 17 stycznia 1907.

T. W.

---

[1]) T. Wierzbowski, Materyały do dziejów piśmiennictwa polskiego, tom I, str. 60.

[2]) M. Baliński, Pisma historyczne, tom I, str. 292.

[3]) J. Szujski, Jagiellonki polskie, tom V, str. 198.

1.

Nemo.

Ille ego sum Nemo, de quo munimenta loquuntur.
Ipse sibi vitae munera Nemo dedit.
Nemo fuit semper, Nemo isto tempore vixit,
Quo male dispositum dii secuere chaos.
5 Ante ortum Nemo est aliquis, post funera Nemo.
Nemo quid invito fertve, facitve Deo.
Omnia Nemo potest, Nemo sapit omnia per se.
Nemo manet semper, crimine Nemo cavet.
Nemo fugit mortem, Nemo est a fine superstes.
10 Nemo exors certi nascitur interitus.
Nemo animos novit superum sensusque latentes.
Nemo quod est, quod erat, Nemo futura tenet.
Nemo salutiferas praeter servabitur undas.
Nemo fidem Christo non habet et bonus est.
15 Nemo sorte sua vivit contentus, et intra
Fortunam didicit Nemo manere suam.
Nemo sacerdotum luxus vitamque supinam
Nemo audet Latium carpere Pontificem.
Nemo in amore sapit. Nemo est in amore fidelis.
20 Nemo alii propior, quam studet esse sibi.
Nemo vagas numerat stellas. Ipso ordine novit
Nemo, quid in terra, quidque feratur aqua.

---

[1]) Z rękopisu Romanowskiego Biblioteki Jagielońskiej Nr. 5267, str 81—83; wpisano go tutaj po dyalogach: „In rempublicam“, „De asiana diaeta“ i „In vulgatam nuper asianam diaetam“ (Andreae Cricii Carmina, ed. Casimirus Morawski, pag. 97, 277, 291); zdaje mi się, że autorem wiersza jest Andrzej Krzycki i że napisany został zapewne w tym czasie, jak wspomniane dyalogi: w końcu r. 1535 lub na początku 1536-go.

Nemo potest dominis simul inservire duobus.
Nemo, quod et quoties expedit, illud habet.
25 Nemo bonus, nemo est in omni parte beatus.
Nemo simul potis est omnibus esse locis.
Nemo omnes posita Germanos lege coërcet.
Nemo iugum Rheni gentibus imposuit.
Nemo per innocuos mores emergit et aulae.
30 Lentica prosequitur munera Nemo pius.
Nemo Quirinalem dominatu liberat urbem.
Nemo laboranti subvenit Italiae.
Nemo feros bello Turcos adit, et bona curat
Publica privato munere Nemo magis.
35 Nemo certa sequi sibi conscius optima legit.
Nemo audet subitis rebus habere fidem.
Nemo errore vacat. Nemo sibi cavet ubique.
Nemo placet cunctis, invidiaque caret.
Nemo, quae placeant, stupido facit omnia vulgo.
40 Nemo refert studiis praemia digna suis.
Nemo voluptatem nullis languoribus explet.
Nemo renascentem sedat avaritiam.
Nemo est in terris Germano Caesare maior.
Nemo Deum pariter divitiasque colit.
45 Nemo vagam stabili fortunam temperat orbe,
Nemo gravi casus sub ratione leves.
Nemo, quas congerit, opes secum auferet isthuc,
Mortuus unde semel Nemo redire potest.
Nemo maris guttas numeraque recenset arenae,
50 Nemo dat aestivis nomina pulveribus.
Veterem Nemo vitiis infectum reddere factum,
Nemo potest lapsos huc revocare dies,
Et quae praeterea numero foret edere longum.
Quid valeat Nemo, Nemo referre potest.
55 Nemo diu gaudet iudice, qui vincit, iniquo.

Nemo sine crimine vivit,
Neminem ante mortem posse dici beatum.

2.

Testamentum Martini Ilkuss,

astronomi Cracoviensis,
1538. [1])

Verius nunc dicam, quod tacui vivens:
Id futurum esse post annum septuagesimum quintum
Totam perituram et in nihilum frugem redactam,
Aderit nam fames toto non audita mundo;
5 Tunc nec potus aderit, neque ex bestiis vacca;
Post instanti Turca habebit Poloniam,
Non vi, nec bello, sed pace possidebit illam;
Is denuo coronabit illam, sed regina peribit.
Tam diu in inferno patiar, quousque haec fiant.

3.

Anno 1547.

Prudens esto, non omnibus volito.

Nemo — Pasquillus — Echo. [2])

Nemo. Quid somnias, furcifer?—*Echo.* Fer!
Pasquillus. Regna pereunt.—*E.* Eunt!
Nemo. Quae causa est?—*E.* Est!
Pasquillus. Domi consilium, foris industria desunt.—*E.* Desunt!
Nemo. Hoc morbo exstincta Hungaria tota.—*E.* Tota!
Pasquillus. Caveat Polonia etiam.—*E.* Iam!
Nemo. Nobis reges duo.—*E.* O!
Pasquillus. Nemo potest servire duobus dominis.—*E.* Iis!
Nemo. Alter silet, alter senio bis puer.—*E.* Heu!

---

[1]) Archiwum kapitulne w Gnieznie, rękopis Stanisława Falęckiego sufragana (1516—1581); por. J. Korytkowski, Katalog prałatów, II, 23.

[2]) Cesarska Biblioteka Publiczna w Petersburgu, Mss. Lat. O. XVII. 18, fol. 156.

Pasquillus. Et vae regno, cui rex puer est.—*E.*Est!
Nemo. At illi adiuncti proceres, episcopi summi.—*E.* Fumi!
Pasquillus. Nihil perniciosius, quam ex alieno sapere imperio. — *E.* Io!
Nemo. Sunt praeterea penates magnifici.—*E.* Fici!
Pasquillus. Ii telas aranearum texunt et retexunt.—*E.* Texunt!
Nemo. Ne quid impudenter efficias, oportet cavere.—*E.* Vere!
Pasquillus. Homines si taceant, loquentur bruta.—*E.* Ita!
Nemo. Senectus ipsa digna favore.—*E.* Aere!
Pasquillus. Nisi sequatur decrepitus profunda.—*E.* Unda!
Nemo. At feliciter regnavit tot annis ipse.—*E.* Ipse!
Pasquillus. Immo reginavit.—*E.* Sit!
Nemo. Ne hoc firmes regnat ac debellat solus.—*E.* Olus!
Pasquillus. Aliter cavendum, ne pereantur brevi.—*E.* Vi!
Nemo. Invenies praeterea, qui cavent nuntios terrarùm?—*E.* Rarum!
Pasquillus. Erasmus noster vocat convitium, non consilium, multorum consessum.—*E.* Sessum!
Nemo. At illis creditur, ut curent sedulo leges bonas pacemque manere.—*E.* Here!
Pasquillus. Saepe ars deluditur arte.—*E.* Arte!
Nemo. Quas tu artes fore, quae impediant dices.—*E.* Es!
Pasquillus. Munera placant deos hominesque.—*E.* Vae!
Nemo. At ego illos audio frequenter leges, iudicia clamare.—*E.* Avare.
Pasquillus. Immo multos silere facit sors bona.—*E.* Bona!
Nemo. Ergo respublica nostra miserrima?—*E.* Ima!
Pasquillus. Priusquam pereat, omnia experiri licet.—*E.* Licet!
Nemo. Quid agat, cum doceat praesitque nemo?—*E.* Nemo!
Pasquillus. Adolescens filius senectuti primus baculus est.—*E.* Est!
Nemo. At hunc excludere reverentia senectutis pudorque ipse non sinit.—*E.* Sinit!
Pasquillus. Nimirum inutilis est pudor, cum urget necessitas; heu! perfricanda frons est.—*E.* Est!
Nemo. Quis est hic, laudabimus eum.—*E.* Eum!
Pasquillus. An sunt aliqui, qui hoc nolint senatores?—*E.* Turres.
Nemo. Pars illorum et bona.—*E.* Et Bona!
Pasquillus. Quia licet omnia impune illis.—*E.* Lis!
Nemo. Ergo bona spes misero restat nulla?—*E.* Ulla!
Pasquillus. Una mors.—*E.* Mors!
Nemo. Haec igitur exspectanda misera.—*E.* Sera!
Pasquillus. Tu hanc specta, me expedit aeternum vivere, quia Pasquillus semper ero.—*E.* Erro!

Nemo. Tu abis et me solum Neminem relinquis miserum. At forsan et Echo abibit etiam.—*E.* Iam!
Pasquillus. Ergo valete et plaudite!—*E.* Ite!

4.

Dialogus de coniugio

Sigismundi Augusti, regis Poloniae Iunioris,

anno 1548 factus. [1]).

Interlocutores: Ethimus et Sophistrio.

Ethimus. Gratulor tibi reduci, Sophistrio.
Sophistrio. Et ego te superstite, Ethime.
Ethimus. Immo gratulare e Germania profugo.
Sophistrio. Quid ita?
Ethimus. Quia bello fervent illic omnia.
Sophistrio. Sed quid theologus cum Marte?
Ethimus. At quia illic ne theologis parcitur.
Sophistrio. Tu igitur feliciter elapsus.
Ethimus. Elapsus sum quidem, sed, ut aiunt, evitans Charybdim, in Scyllam incidi.
Sophistrio. Quo pacto?
Ethimus. E magno periculo in aliud maius.
Sophistrio. Quam ob rem?
Ethimus. Quam ob rem rogas? Tu ab aula regis venis et haec adhuc ignoras, in quo discrimine et periculo versemur.
Sophistrio. Divinabo, an adeo felix ero, ut coniecturam possim assequi fortasse ob repetitionem Prussiae.
Ethimus. Non. Est quoddam maius, unde et hoc ortum est.
Sophistrio. Quodnam istud?
Ethimus. Ita ea in aula celantur, de quibus hic passim et ubique etiam pueri loquuntur.

---

[1]) Cesarska Biblioteka Publiczna w Petersburgu, Mss. Lat. O. XVII. 18, fol. 118.

Sophistrio. Iam scio—de coniugio Regis Iunioris.

Ethimus. Nunc scopum attigisti.

Sophistrio. Sed quid inde est periculi?

Ethimus. Multa et diversa sunt pericula.

Sophistrio. Quaenam sunt ista?

Ethimus. Primum, quod Caesar ea est suspicione et opinione illam optimam ac, ut dicam, sanctissimam eius [1]) olim uxorem Elisabeth, de fratre Caesaris germano natam, veneno exstinctam esse, et haec praecipua repetere de Prussiae causa. Tum si nullum aliud inde sit periculum, nisi error Regis, qui semper quibusdam clarissimis regiis civitatibus munitissimisque pestis exitiumque solet esse. Ita saepe fit, ut quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. Cavendum itaque est, ne haec faba in nos cudatur.

Sophistrio. Errorne hic est, dum quis relictis scortationibus sanctissimo indulget coniugio?

Ethimus. De coniugio non loquor, immo hoc laudo, quod sanctissimum vitae genus elegerit. At non tale decebat regem coniugium.

Sophistrio. Quale igitur?

Ethimus. Nonne scis, quod etiam postremae condicionis homines quaerant sibi coniuges honestae educationis atque eruditionis, bene moratas, optimae famae, non pollutas ulla contagione. Tanto magis decebat regem, in quo spes omnium positae, fixae ac sitae erant, talem quaerere uxorem, de qua omne nomen bonum haberet, unde tempore necessitatis ab amicis auxilia et praesidia peteret.

Sophistrio. Immo ego laudo factum equidem christianum, quod sibi accepit uxorem humili, nec etiam adeo humili loco natam, prout mala fama pollutam. Itaque ex inhonesta fecit honestam, ex meretrice bonam matronam.

Ethimus. Recte illam honestavit, se ipsum autem et totum regnum dehonestavit, contaminavit et infamem effecit. At ille sapiens Atheniensis orator Isocrates non ita oratione sua Nicoclem, Cypriorum regem, regiis plane praeceptis instituit (quae utinam ut omnes principes, tum magistratus memoria teneant!), qualem decet esse regem optime docens. Inter cetera, inquit, in omnibus operibus regni memento habetoque rationem, et ne quicquam tanto honore indignum patres. Quid censes hac re indignius prostitutae pudicitiae mulieri nubere?

---

[1]) Zygmunta Augusta pierwsza żona Elżbieta Rakuszanka, córka Ferdynanda I, który był bratem Karola V; ślub odbył się 6 maja r. 1543; Elżbieta zmarła 15 czerwca r. 1545, zdaje się na epilepsyę. J Szujski, Jagiellonki polskie, tom V, str. XLII, nota 4.

Sophistrio. Quid, si hoc non est de illa probatum.

Ethimus. Immo multorum testimoniis et re ipsa.

Sophistrio. Semel factum est, iam amplius mutari non potest.

Ethimus. At ita faciendum erat, ut postea facti non poeniteat.

Sophistrio. Si maxime eum poeniteret facti, consilium mutari non potest, irrita et illaesa lege divina, quae divortium prohibet, nisi legitima causa adulterii.

Ethimus. Sed illud matrimonium non est ex Deo, verum ex diabolo; itaque potest facilius divelli, etiam salva lege divina.

Sophistrio. Qua re non ex Deo?

Ethimus. Quia non est vero et licito amore, sed diabolica arte.

Sophistrio. Qua diabolica?

Ethimus. Incantationibus, veneficiis.

Sophistrio. Quid illos causamur et culpamus, non enim censeo christianum esse de aliquo male suspicari. Censemus potius delicta nostra; fortasse propter peccata nostra Deus obcoecavit cor illius.

Ethimus. Immo improbus et illicitus amor cor illius et mentem obcoecavit. Etsi plura sunt causanda et culpanda, quam ista.

Sophistrio. Quaenam ea sunt?

Ethimus. Mater, quae semper fuit causa discordiarum inter illum et illam sanctissimam olim uxorem illius, deinde pessima educatio.

Sophistrio. Ea qualis erat?

Ethimus. Vis, ut dicam tibi?

Sophistrio. Dic, obsecro.

Ethimus. Audies! Qua sollicitudine, qua cura, qua vigilantia paterfamilias educat puerum unius fundi, dominum futurum. At illi, qui paulo maiori cura instituendus erat, qui vel magno omnium bono, necesse est, ut sit bonus, aut magno omnium exitio malus, et de cuius unius nutu salus et pernities huius regni pendet, infans, huic regno imperaturus, stultissimis miraculis commissus erat, quae leviter instillabant animum rege dignum, ut si quid recte monebat praeceptor aut suapte et sponte videbatur ad mansuetudinem propensior, dehortabantur principes, hoc est, tyrannum agere dicebant; denique nemo non blandiebatur, nemo non assentabatur, applaudebant proceres, obsecundabant ministri, adulabatur et praeceptor, adulabatur et paedagogus, qui vulgo magister aulae dicitur: non hoc, ut patriae salutarem reddant principem, sed ut sibi magnificam pararent fortunam. Adulabatur et theologus, quem concionatorem et confessorem vocant, episcoporum aliquis, vel aliud id genus dignitatis aucupans; assentabatur, qui colludebat, qui connivebat, ut rectissime dixerit Carneades, a regibus nullam artem recte disci, praeter quam eqitandi; pro-

pterea quod solus equus, cum non sentit principis ac plebei discrimen, nescit adulari regi, sed excutit, quicunque is fuerit, qui non norit apte insidere tergo. Statim docebatur fastum, arrogantiam; admonebatur licere quicquid libet. Audiebat omnes omnium possessionum esse principis, in pectore principis omnem legum et consiliorum modum esse reconditum. Audiebat sacras maiestates, serenitates, dignitates terrestres, nomen et huiusmodi magnificos titulos. In summa, dum adhuc puer erat, nihil aliud discebat, quam ludere, quam tyrannidem. Mox capiebatur ad puellas; invitabant, laudabant et inserviebant omnes; ibi tum saepe res in re erat: hic aderat aequalium effeminata turba, nullus risus, nullus sermo nisi de puellis; sub hoc postea choreae, convivia, cytharae, discursus, venationes; in his optima pars aetatis conterrebatur. Quod si quando libebat litteris oblectare otium, legebantur aniles fabulae, aut iis perniciosiores historiae; ex his animus nullo praemonitus antidoto, imbibit admirationem et zelum, ut Graeci vocant, alicuius praestantissimi ducis, puta: Iulii Caesaris, aut Xerxis, aut Alexandri Magni.

Sophistrio. Magis fortasse Heliogabali.

Ethimus. Verum dicis. Ab eo impetus dementes, ab eo exemplum pessimum sumpsit. Pone nunc, si placet, ingenium, nam delectum e multis, quod fieri oportuit, sed qualecunque obtigit. Pone tam corruptam eruditionem, quae Aristidis iugenium possit corrumpere. Pone tot adulationis venena. Pone voluptates. Pone fortunae splendorem. Pone potestatem. Pone aetatem ferocem et suapte, et sponte proclivem ad pessima. Super omnia pone pectus, falsissimis infectum opinionibus, et mireberis, si hic ab his rudimentis ad gerendam rempublicam profectus, parum sapienter administret.

Sophistrio. Sed iuvenis sapiet aliquando rerum usum.

Ethimus. At principem non decet esse iuvenem, etiamsi iuvenis fuerit, et cum miserrima est omnis prudentia, quae colligitur rerum usu, tum in principe miserrima. Nimis constabit respublica principis sui prudentia, si gerendo bellum, discet bellum. Rem esse omnibus modis fugiendam, si non intelliget magistratus integris viris esse committendos, cum improborum labefactatam rempublicam conspexerit. Nec est committendum, ut sicuti qui cythara discunt canere, priusquam artem assequantur, cytharas aliquando obterrunt ac perdunt, quemadmodum scripsit Xenophon: ita principes reipublicae per vitia discant rempublicam administrare. Non mirum igitur, si aliquando videmus evenire, ut praepostere res gerantur, nimirum, ut affectus e corpore orti ad animum deveniant. Ab animo perturbationes proficiscuntur per corpus et oculos, ut minus conspiciant, quam

recte, cum corpus et omnibus nocivum ac pestilens sit, qui Dei vicem gerens, omnibus esset salutaris. An non videmus egregia oppida a populo condi, a principibus subverti; rempublicam equitum ac civium cura ditescere, principum rapacitate spoliari; bonas leges ferri a plebis magistratibus, a principibus violari; populum studere paci, principes excitare bellum. Ita non abs re natum proverbium: aut fatuum, aut regem nasci oportere. Iam habes totam educationem illius atque incommoda, quae nos iam insequuntur. Verum illud, te rogo, nonne etiam his comitiis reprehensum est a proceribus?

Sophistrio. Aliqui erant, qui reprehendebant, alii vero magis persuadebant; ceteri etiam concedebant, annuebant et consentiebant.

Ethimus. Et qui illi erant, qui persuadebant?

Sophistrio. Illi summi consiliarii illius et affines.

Ethimus. Nomina illorum non licet scire?

Sophistrio. Quidni?

Ethimus. Dic ergo.

Sophistrio. Unus frater germanus dominae Radziwil [1]), alter Kiesgal,[2]) quorum unum adduxit secum e Lithuania, alius ille prius dictus a Caesare ab Augusta venit.

Ethimus. Quid illic egit?

Sophistrio. Nescio qua legatione functus, dignitatem principatus sibi a Caesare impetravit. [3])

Ethimus. Quid dicis, concessit Caesar illi.

Sophistrio. Et insigni ornavit, sed etiam multa numerata pecunia.

Ethimus. Ergo non pro egregiis aliquibus factis illi dedit, sed pro pecunia.

Sophistrio. Quaenam sunt eius egregia facta? Quod divum dominum suum, patriam et Regnum fefellit. Iam illa tempora pereunt, dum qui virtute et egregiis factis ceteris praelucebant et antecellebant, insignia merebantur.

Ethimus. Et quale insigne illi datum est?

Sophistrio. Aquila nigra cum glauco rostro et glaucis pedibus ac unguibus, et non dubito, quin fato aliquo comparatum sit.

---

[1]) Mikołaj, marszałek wielki litewski

[2]) Stanisław Kiejżgał, cioteczny brat królowej Barbary.

[3]) Dyplom cesarza Karola V, wydany w Augsburgu 10 grudnia r. 1547 w transsumpcie Ferdynanda I, króla rzymskiego, z datą w Ausgsburgu 14 grudnia r. 1547, przenoszący tytuł książęcy i na Mikołaja marszałka litewskiego, tudzież na braci jego Jana i Mikołaja, wydrukował M. Baliński, Pisma historyczne, tom I, str. 268.

Ethimus. Cur?

Sophistrio. Vis, ut tibi exponam, quid significet hoc insigne?

Ethimus. Mihi expone.

Sophistrio. Avis illa cum ceteris animantibus, tum avibus semper inhiat, insidiatur et noxia est. Et est lenocinia avis. Et quemadmodum lenocinata est Iovi, dum devenisset ad incestum Ganimedis. Ita ille regi suam sororem adduxit, cum qua iam sat erat, quod libidini satisfecerit, et corpus et membra sua profunderit, quorum illa nunquam digna erat, verum et consilium dedit, ut matrimonium cum illa contraheret.

Ethimus. Nigra aquila quid denotat?

Sophistrio. Illo colore lugentes et dolentes utuntur; sic ille quoque nobis omnibus Polonis luctum et dolorem paravit.

Ethimus. Rostrum, pedes et ungues glauci quid sibi volunt?

Sophistrio. Hic color proditoribus et fallacibus tribuitur. Itaque ille etiam dominum suum, patriam et rempublicam nostram polonam prodidit, fefellit, et quemadmodum avis illa nacta leporem vel aliam avem, unguibus lacerat: ita ille hanc coronam et rempublicam laceravit.

Ethimus. Qui sunt, qui annuebant et consentiebant?

Sophistrio. Praesul Cracoviensis et castellanus Cracoviensis. [1])

Eihimus. Quid dicis? Tamen isti semper erant benemeriti de republica.

Sophistrio. Quid non efficit pecunia et promissa! Nedum illi consentiunt, sed et ceteris persuadebant. Tum non ignoras, opinor, ceterorum illorum animos et, qui magis suis privatis, quam publicis commodis student. Nec te latet, credo, quantam cladem, quantum damnum et incommodum per eos respublica acceperit in hac defecta aetate regis senioris. Sed quem liceat invenire fortassis in tanto coetu illorum, qui prospiciat multos christianos homines, tanquam pecora actos in miserrimam captivitatem efferocium Scytharum et Turcarum; verum prohibet arca coacervandarum opum et cumulandae pecuniae; quis non considerat christianam charitatem esse, ut unus alterius vitam et innocentiam tueatur ac christianorum omnia esse communia, quam opes, tam possessiones. Et est fortasse, qui videat hinc maximam reipublicae pestem nasci, quod ad magistratus adsciscuntur non qui prudentia, rerum usu, vitae integritate plurimum reipublicae prodesse possunt, sed qui maximam pecuniae summam licitentur; verum huc pertrahit avaritia, ut neglecto publico malo, fisci

---

[1]) Samuel Maciejowski i Jan Tarnowski.

negotium agant. Et non deest, qui intelligat principis esse munus, sicut ab omnibus accepit vectigal, ita omnium consulere rebus, praesidere iudiciis, excludere maleficia, magistratus observare, corrigere leges inutiles; verum ab hoc studio revocant voluptates, per quas non est omnium vagare. Est, qui sentiat se plurimum posse prodesse mortalium rebus, verum idem non sine vitae discrimine; hic deseret rempublicam. Quisquis existimabit infelicissimam moritur.

Sophistrio. Verum cum multa ex te audivi de educatione illius, dic qualem aliam tu in rege disiderabas educationem?

Ethimus. Infantulo adhibendus erat artifex quispiam egregius, non enim recte fingitur princeps, nisi cum se nondum intelligit principem. Statim, inquam, asciscendus erat formator, in quo deligendo conveniret et hoc esse diligentiores, quod principem diligere non licet, instituere licet; hic nisi in pectusculum adhuc vacuum et sequax instillet opiniones principe dignas, muniat optimis de honesto decretis, ostendat discrimen veri principis a tyranno, subiiciat oculis, quam Deo propinqua res sit salutaris rex, quam tetra bellua abominandaque tyrannus. Admoneat eum, qui sibi gerit imperium, non reipublicae, praedonem esse, non principem; nihil interesse inter piratam et principes piratorum animo praeditos, nisi quod quo sunt potentiores, hoc maiorem adferunt perniciem rebus humanis, mulcentque homines multis millibus; immo quam universo mundo prodesse queat, si summum sapientem ac bonum praestet virum. Doceat apud christianos homines regnum nihil aliud esse, nisi regimen et administrationem reipublicae, sic et imperium quidem appellari; sed meminerit se imperaturum et liberis et christianis, hoc est, bis liberis; ad haec, ut sit aliquis princeps, non satis esse natum fuisse, non satis esse vetustates, imagines, non sceptrum, non diadema—animus sapientia procellans, animus pro publici incolumitate sollicitus et nihil spectans nisi nomen bonum, principem facit. Praemoneat sese vel a plausibus stultae plebeculae vel metiatur adulatorum laudibus, ne quid agat impulsu amoris, irae, aut ulli affectus instinctu; in creandis magistratibus, in condendis legibus, in ceteris muniis unicum tantum scopum spectet, nempe honestum et publicam utilitatem; non esse satis, si ipse nemini faciat iniuriam, officiorum quoque suorum integritatem praestandam esse principi. Non esse sitam principis in hoc laudem, si dicionis terminos proferat, si finitimos arctius submoveat, verum si quam forte nactus eruditionem iustitia, frugalitate, ceterisque pacis artibus efficiat florentiorem; doceat, ut ad bene merendum de bonis sit propensissimus, ad ignoscendum facilis, ad puniendum non aliter accedat, quam amicus medicus membrum deploratum amputaturus, aut incisurus; ut omnia studiose vitet, unde prospiciat reipubli-

cae magnum malum fore, super omnia vero bellum modis declinet omnibus, quod aliis alia atque alia mala nascuntur, at bellum universum malorum agmen semper effundit. Haec itaque huiusmodi decreta sunt animo puerili sapientum apophtegmatibus et laudatorum principum exemplis infingenda, quae nunc referre longum esset; sed postea ubi convenerimus, de his rebus colloquemur. Nunc me in diversorium conferam et mea curabo, et me ipsum parumper relaxabo et recreabo, fatigatus enim sum ex itinere. Tu interim bene vale.

Domino meo colendissimo, amplissimo ac reverendissimo praesuli, domino Samueli, episcopo Cracoviensi, salutem plurimam in Christo Iesu.

Ne existimet me Amplitudini Tuae dialogum hunc scripsisse eam ob causam, ut alicui vestrum in eo nominatorum famae aliquid detraherem, aut apud aliquem malam existimationem pararem; sed propterea scripsi, ut Tua Amplitudo sciret, qui rumores et sermones inter vulgum. Vale quam longissime, felicissime et amplissime praesul.

Si liceret, faterer nomen meum.

servitor humillimus
A. T. [1])

5.

Vaticinum Laurentii mathematici,
qui Ioannem Jovinianum Pontanum discipulum habuit,
ante 30 plus minus annos editum. [2])

Aetas, quae nostris iam ventura sub annis,
Ast melior nostrae legis, non parum refringet

---

[1]) Zapewne inicyały Andrzeja Trzecieskiego.

[2]) Rękopis biblioteki Warszawskiego Uniwersytetu 1. 5/24, fol 80. Autorem był zapewne Laurentius Pontificius z Biskupic, profesor uniwersytetu krakowskiego; w r. 1551 w semestrze zimowym wykładał „Theoricas planetarum (Wisłocki, Liber dilegentiarum, w Archiwum do dziejów oświaty i literatury, IV, 296, 474) Jan Jovinianus albo raczej Jowiusz również był profesorem w Krakowie; pochodził ze Lwowa, umarł w r. 1624, jako kanonik krakowski, Por. Wisłocki, tamże i Muczkowski, Statuta necnon liber promotionum, str. 243, 263, 281.

Aspera quae nimis sacra et thura ferendis,
Et genus omne mali tollet pompasque sacrorum,
5 Ac regem dabit innocum, qui temperet orbem.
Hic reget egregie populos gentemque rebellem
Imperio subdet toti et dominabitur orbi.

6.

Grafowie Polscy.[1]

Kmita, Kita, Plichta, Ota, Lasota, Labeta, Wierzbięta, Prandota, Samota, Zegota, Mlekita, Czarnota, Słabuta, Skoruta, Boruta, Gamrad, Domarat, Farat, Derśniak, Dyrźlak, Hibak, Firtak, Burnak, Kolak, Polak, Kurnat, Pilat, Kondrat, Grad, Missopad, Dzik, Frycz, Mrycz, Lip, Mizik, Smolik, Orlik, Małdrzyk, Kozik, Sedyk, Uszyk, Mezik, Drzemlik, Koźlik, Czesik, Wojsik, Knezik, Maik, Brandysz, Garnysz, Bronisz, Ubysz, Borys, Parys, Gładysz, Socha, Jałocha, Trzaska, Praska, Broska, Treska, Trestka, Czympka, Dziurka, Kopa, Stopa, Loka, Lupa, Sroka, Pieczarka, Perzynka, Łapka, Kostka, Pszonka, Lipka, Trepka, Tretka, Pełka, Gołka, Strzałka, Dupka, Wódka, Sieczka, Grabianka, Kobiałka, Zaklika, Gąska, Tyszka, Zyszka, Sląka (Slanka), Chustka, Szmatka, Kokoszka, Czajka, Ciołek, Kołek, Sobek, Włodek, Budek, Sudek, Dobek, Gumek, Borek, Bobrek Wiernek, Koszurek, Harinek, Brozdek, Skarbek, Debek, Dobek, Sedek, Dziadek, Gniewek, Bratek, Swatek, Nosek, Boczek, Dzierżek, Mściszek, Pasek, Mroczek, Mruczek, Książek, Pieniążek, Byczek, Piczek, Cycek, Wilczek, Puczek, Spytek, Spinek, Linek, Hinek, Róg, Ostrorog, Modlibog, Korcbok, Rarog, Falibog, Firlej, Zachwieś, Rej, Farurej, Kierdej, Korab', Jarund, Ramułt, Infland, Herburt, Rozpad, Nierzad, Liczko, Mleczko, Wańko, Orzeszko, Worytko, Korytko,

---

[1]) Tytuł „comes“ używany przez Górków, Kmitów, Ostrorogów, Tarnowskich, Tęczyńskich, musiał razić szlachtę, która w szóstym dziesiątku lat XVI wieku zaczęła grać na sejmach dominującą rolę. Wówczas zapewne jakiś dowcipniś z nazwisk i przezwisk szlacheckich ułożył ten spis „hrabiów polskich“ Wzięto z rękopisu Cesarskiej Biblioteki Publicznej w Petersburgu, Różnojęz. F. XVII.58, fol. 56.

Rzeszotko, Rumienko, Piórko, Rysko, Piwo, Ogniwo, Zelazo, Zebro. Raczko, Majno, Żyzno, Tarło, Dłuto, Żarło, Sadło, Masło, Pudło, Budło, Sedo, Zado, Zlemieszo, Czuryło, Sep, Klek, Bełt, Strzembosz, Suś, Struś, Primus, Kotbus, Bogusz, Ostrebusz, Dzietrzyk, Pietrzyk, Pilić, Sliś, Świt, Dzik, Pielś, Deś, Strześ, Kres, Wrzeszcz, Warpes, Świerszcz, Niedźwiedź, Marzec, Rudgierz, Ardziesz, Poździech, Sieciech, Chochoł, Warchoł, Gomolec, Podolec, Szafraniec. Chamiec, Morawiec, Labecz, Borowiec, Kos, Kłos, Łoś, Wrzos, Sow. Goźdź, Goś, Pakosz, Kurosz, Gniewosz, Rokosz, Słabosz, Wierzba. Drużba, Szczerba, Zięba, Zaremba, Kosa, Niemiera, Magiera, Zła siekiera, Zła sprawa, Mierzwa, Nerwa, Zerwa, Grzywa, Głowa, Wilga, Ożga, Wyżga, Leliwa, Srzeniawa, Swidwa, Załoga, Kreza, Płaza, Ligęza, Nieroda, Niezgoda, Janda, Kuropatwa, Słoma, Sulima, Kuna, Chwaldyna, Dusza, Chmura, Niemsta, Kościesza, Kapusta, Pierzchała, Grzymała, Kubala, Hamerla, Bobola, Rabula, Przekulera, Kociecha, Grabania, Brzurchania, Łuśnia, Rogala, Kudla, Kuła. Reguła, Kukla, Zemła, Strzała, Potoła, Bogorya, Piercza, Kot, Grot, Spot, Czop, Dropot, Koczot, Torpot, Rożen, Koścień, Strzemień. Uchacz, Koracz, Gołdacz, Głowacz, Frykacz, Baran, Bocian, Bystram, Satam, Burnam, Iwan, Sołtan, Kamblon, Imbram, Trojan, Piorun, Czuch, Świeboda, Gołonich, Szopa, Strasz, Sitoń, Pieniek, Serek, Kopiech, Kot, Zietuch, Tolpa, Cieczko, Noto, Miedzieniec, Przedbor, Kahaj, Łoś, Motyka, Zapadło, Goraj, Lubek, Turek, Reso, Sławek, Cichoń, Raczka, Kolano, Czyż, Gąsie, Bąk, Bluszka, Kotczek. Wołczek, Jugo, Skoczek, Gromek, Radwan, Golan, Troja, Fiebroń, Zaremba, Płaza, Kruszyna.

7.

Nova quaedam ex comitiis Varsoviensibus

anno 1557 20 die Ianuarii. [1])

Si quem christiadum nova delectantve, iuvantve,
Adsit et hoc animo carmen amante legat.

[1]) Biblioteka Nadworna w Wiedniu, Mss. Latina, Nr. 8682. Jest to satyra zapewne na Stanisława Hozyusza, biskupa warmińskiego.

Quidam sarmaticus sophus, argutusque sophista
Atque papistarum gloria, fama, decus,
5 Promisit regi, toto auscultante senatu,
Se lutheranorum velle probare fidem
Esse nimis similem Turcarum religioni.
Quod si argumentis vinceret, hoc petiit,
Ut mahometanas lutheranos ferre tiaras,
10 Rex duro Augustus cogeret imperio.
Contra si victus rationis Marte fuisset,
Bina, ait, in summa cornua fronte geram.
Dixerat et dictum Solymanni venit ad aures
Caesaris; irarum corripitur stimulis;
15 Continuo regi mittit mandato polono
Et cum mandatis cornua bina bovis,
Quae victo capiti incuterentur in ossa profunde,
Iuxta iudicii verba prolata sui.
Sarmata victus erat, dicam quibus argumentis,
20 Quae nec Aristotelis solverit ingenium,
Nec quot habet cerebrosos Itala terra sophistas.
Non Scotus, aut Thomas cum seniore Bricot,
Victor erat Mechmet Turcarum bassa, magister
Doctus et in quavis religione celer.
25 Hic igitur, spirans oculis flammantibus ignes,
Edidit audenti talia dicta sono:
„Rex Auguste, audi, tuque o venerande senatus,
Argumentis quod tento probare meis.
Nos similes papae sumus usque ab origine prima,
30 Non est fas nos de religione loqui,
Deque Deo, sed more papae contendere ferro
Et certare manu lex Mahometa iubet.
Praeterea nostrates lumen solis adorant,
Sic quoque stella deus-Lucifer alba papae est.
35 Quando canunt: ave stella oriens et matutina,
Tu peccatorum sis medicina, salus:
Nos etiam meritis coelum lucramur et astra;
Non aliter, credo, dicere Pontificem.
Ultra haec quotidie puris perfundimur undis,
40 Id quoque (scitis enim) turba papista facit.
Eluitur scelus omne istarum aspergine aquarum
Et iusti coram rege Deoque sumus.
Nec servare fidem nostro consuevimus hosti,

Res nisi cum nostra commoditate foret:
45 Sic etiam Hussiaco fecisti, papa, Iohanni,
Sic Savanarolae, sic quoque Moncelio,
Egisti insontes rupto quos foedere in ignem.
Quid mage Turcarum moribus est simile?
Presbyteri nostri plus quam una pellice gaudent,
50 Sic papa scortorum millia dirus habet.
Legitimus sit sine notis, discrimine nullo,
Nobiscum vivit, certat honore pari.
Innumeros monachos dervisum nomine dictos
Spectamus, spectat talia monstra papa.
55 His argumentis me iam confido probasse
Nos similes papae, non Luther esse tibi".
Sarmata non potuit contra haec responsa proferre
Obstupuitque, velut tactus ab igne sacro.
Nulla mora est, dantur perfrictae cornua fronti,
60 Terruit aspectu Sarmata quemque suo.
Ex nunc et iacta logicam, vesane sophista,
Dignaque cornuta praemia fronte refer.

8.

In comitiis istis Piotrcoviensibus,
quae incepta sunt anno 1558 et determinata 1559
Pasquillus cuiusdam. [1])

Respublica loquitur.

Inierunt consilium, ut nihil facerent et locuti sunt inania etc. [2])

Executio.

Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me etc.
. . . . . .
Nec charitas opes, nec sacra diminuunt iter opusque etc.

---

[1]) Cesarska Biblioteka Publiczna, M. Lat. Q. XVII. 46, fol. 6.
[2]) Na marginesie dopisano: „sive meditati sunt inania etc".

9.

Ad Mentuatum episcopum, [1])
ad Serenissimum Poloniae Regem legatum,
anno Domini 1559. [2])

Non tibi cognomen porrectus ab inguine palus
Attribuit, quid enim foedius esse potest?
Enthea potius te mens hoc nomine vestit.
Vis et in eventu nominis ipsa iacet,
Nam coelo dignum si quid perfeceris omen,
Divinae hoc mentis certaque signa vetant (?).
Sin minus est, stygiis te mentem hausisse lavinis,
Vel pecudis fibras arbitror esse tibi.
Si tibi non nomen furum tutela Priapus
Indidit, a mentis nomine nomen habes.

10.

Pasquillus redivivus
de papa et eius legatis [3]), in Poloniam missis, [4])
sic concionatur. [5])

Inter Sauromatas coelestia semina Christus
Sparserat et sacra nebulas discusserat atras
Lampade, quas orbi coeco exhalaverat olim.
Pontificum scelerata cohors, nutrita cavernis
Tartareis, satanaque [6]) ipso prognata parente,

---

[1]) Kamil Mentuati, biskup satryaneński, był nuncyuszem w Polsce w latach 1558—1559.

[2]) Rękopis Romanowski biblioteki Jagielońskiej w Krakowie, Nr. 5267, pag. 347.

[3]) Paweł IV i jego nuncyusze Alojzy Lippomani (1555 –1557) i Kamil Mentuati.

[4]) Wyrazów „in Poloniam missis“ niema w rękopisie Petersburskim (P).

[5]) Rękopis Romanowski biblioteki Jagielońskiej Nr. 5267, str. 347, i Cesarska Biblioteka Publiczna w Petersburgu, Mss. Polyglot. F. XVII. 58, fol. 23.

[6]) P. sathanoque.

Hic, ubi non pauci divina oracula sequuntur.
Paulatim Ausonium [1]) numen sordere fideli
Coepit [2]) turbae, ut Tyberini praesulis artes
Innotuere piis Christo revelante Polonis.
10 Nutavit Romana fides ac tota ruisset,
Ni bona rasorum (emisit quos aula Quirini)
Turba tulisset opem, regina pecunia surgens.
Ad tempus visa est limen praecludere Christo,
Quem cum nulla queat mundi superare potestas,
15 Victor Sarmaticis posuit victricia signa
Finibus, edomitos ac protinus fundere hostes
Noluit, ille suos nunquam torpere veterno
Hic patitur, pietasque magis fit clara labore.
Interea Caraphus [3]) (Tybris quem ut numen adorat)
20 Ringitur et minui Romanae sedis honorem,
Vel potius censum, lacrymis heu! deflet obortis
Christi etenim regni nequaquam extendere fines.
Quaerit humi reptans animus coelestium inanis.
Quin potius (taceo scelera haud vulganda popello)
25 Regnum assertoris flamma et mucrone cruento,
Arte, dolis (quae cura viri!) subvertere tentat,
Quod si vel radium divini numinis orbi
Affulgere videt, portae panduntur Averni
Et Caraphae imperio piceam caligine nubem
30 Effundunt [4]), sacra lux interdum victa recedit.
Numinis haec homini nequaquam est nota (voluntas).
Saepius at victrix toto diffunditur orbe.
Ad quam servorum inclyto [5]) nomine servus
In Christum hostiles animos et virus acerbum
35 Prodiderit. Norunt, quibus est vel cognita fama
Lippomani, Arctoas nuper qui missus ad urbes,
Sacra salutiferi tentavit semina verbi
Obruere et missam coelis exstinguere lucem.
At quia Supremo, demens Lippomane, gerebas
40 Bella Deo, cecidere doli fraudesque Quirinum.

---

[1]) P. Ausonicum.
[2]) P. Incepit.
[3]) Pawel Aleksandry Caraffa.
[4]) P. Effundunt.
[5]) P. [illegible]

Quid cornuta phalanx, aure ditissima, vestro
Profuit imperio? Quid coniuratio facta
Lovicii [1]) vel nocuit, mihi crede, pappeis?
Nam vestra haeresibus plena est farrago nefandis
45 (Quas vel talpa queat prima discernere fronte)
Et vox Arcadicas pecudes docet esse. Quid ergo?
Lippomanus, Terrae natus fraterque Gigantum,
Dum poenitus vanis sese conatibus amens
Excruciat, Christi cupiens evertere regnum,
50 Ad sua furtivo remeavit limina gressu,
Quem tamen ante suis plerisque coloribus omnes
Depinxere, quibus pietas gravissima cordi est.
Sic pudor involvat, quotquot depraedantur honorem,
Christe, Tuum et Romae meretricia sceptra tuentur.
55 Ingemuit Paulus, quartum quem nomine dicunt,
Latravitque furens (velut ob praecepta Molosssi
Ista [2]) solent) Lechitasque pios devovit Averno.
Adsunt purpurei patres radiente galero,
Qui male rem cessisse tibi, Lippomane, queruntur,
60 Non tamen (infelix quod sors ea prima fuisset)
Destitit animo Carapha inhiare tributo,
Nam neque vestra salus, nec commoda vestra, Poloni,
Sunt isti curae, sitit aurum et munera poscit
Annua, maiores miti quae pectore vestri
65 Romuleo quondam dederant sine iure tyranno.
At dolus ut lateat barbatum Roma Simonem
Emisit, specie qui religionis avaram
Pontificis mentem occultet, tenebrasque polonae
Effundat genti, quae nescia fallere fraudes
70 Hactenus Ausonias [3]), numen perceperat, atra
Dum caligo tuis, Auguste, incumberet oris.
Nunc quoque [4]) est animis lux reddita omnis, [5])
Sauromatae, laqueos instructaque fraudibus ora
Impostoris adhuc solito pro more feretis.
75 Siccine Pontificum (quos albula foeda rigavit)

---

[1]) Mowa o synodzie prowincyalnym odbytym w Łowiczu w r. 1556 w obecności legata Alojzego Lippomani.
[2]) P. Ossa.
[3]) P. Ausonicas.
[4]) P. postquam.
[5]) P. vestris.

Ora carere dolis incauti creditis omnes?
Huc, Auguste, ades, huc precor tibi, Nestora Baalus[1])
Misit, qui tecum reliquos hic transigat annos
Quique tuo lateri iunctus regat inclyta regna.
80 At mihi si credis, scelerum fabricator Ulysses
Advenit, Lachyci mentem et secreta monarchae
Consilia explorans, labiis tegit impia Iudae
Oscula; sed si nunc venientem arcere latronem
Spernes, heu! nimium seris tua damna querelis
85 Lugebis, cernesque oculis me vera locutum,
Quippe vel utile novumque dicat [2]) Arator. [3])
Vos etiam, o proceres, vestris attendite mensis,
Quippe conveniunt (mihi fas est audita referre)
Italicas vobis offas et iura ferentes.
90 Hic bonus orator venit stipatus amicis,
Quos in perniciem pretio conduxit eorum,
Qui pia Romuleis opponunt pectora monstris.
Tentabit, credo, motas componere lites
Colloquio, ut nubes incautis fundat ocellis
95 Dicitur et quosdam secum traxisse Scotistas,
Pro sede Ausonia toto qui robore certent.
Scilicet hos vidi mediis exstare fenestris
Et sibi nescio quos crebro versare libellos.
Nunc, inquam, demum lutheranis ultima venit
100 Pernicies, quoniam libris non vi geritur res.
Et quidem neque vi neque libris victa Lutheri
Turma ruet victis annis invicta manebit.
Quos cernis libris tanta incumbere cura,
Larvatae speciem praebent pietatis et ipsos
105 Doctores vocitat vulgus, sed nomine falso,
Cum prima ignorent nostrae praecepta salutis.
At tibi doctrinae nunquam detraxero laudem,
Vir bone (quem venisse ferunt), qui rodis acerbe
Christiadas, ideoque suis si dempseris ipse.
110 A cane nomen habes [4]), quadrant hic nomina rebus,

---

[1]) P. Paulus.

[2]) P. utiliter nonnunquam dicit.

[3]) Arator i Harpagus prowadzą rozmowę w dziełku Stanisława Hozyusza: „Dialogus de eo, num calicem laicis et uxores sacerdotibus permitti.... Dilingae. 1558.

[4]) Piotr Kanizyusz jezuita, przyjechał do Polski z Lippomanem.

Saepe seu ac vim rerum vox ipsa recludit;
Sed si doctrinis vel magnum aequare Platona
Posses et lingua Ciceronis vincere laudes,
Non tibi sacra tamen cessura est turba sophistae.
115 Nam quousque [1]) vomes foedo de pectore fumos,
Aut alius quivis vestra de gente sacerdos,
Discutieri Christi coelestia dogmata, sicut
Nubila Parrhasiis vanescunt flantibus Euris.
Nunc age et ad pugnam nostros accerse Polonos
120 Et griphos vibrata tuos spinosaque dicta.
Ad ravim latres, nam nulli dente nocebis,
Quandoquidem nostras tutabitur ipse cohortes
Christus et humani confringet tela furoris.
Sed, sancte pater, paucis mihi innovanda est vestra [2])
125 Canities (quae multa licet percepit in ipsa
Hesperia et rerum longo maturuit usu),
Attamen indomiti vivant qua sorte Poloni,
Cur evangelio credant, qua mente papales
Reiiciant nugas et vestri somnia coetus?
130 Non fortasse videt, breviter quare ipse docebo.
Quamquam Lippomano poterant haec cuncta magistro
Cognosci nostro, multum qui erravit in orbe.
Nos igitur tali sub principe vivimus omnes,
Qualem haud, reor, viderant saecula regem.
135 Haud studet, ut sua sit nobis pro lege voluntas
(Ut reliquis fieri passim spectamus in oris),
Sed legum reverens illis se subiicit ultro,
Ac libertatis maiorum sanguine partae
Inviolata suis Augustus iura tuetur.
140 Non igitur credas servili [3]) sorte Polonos
Immani ad nutum trepidos parere tyranno.
Hi mitis patriae venerantur iussa parentis,
Quatenus aeterni concedunt Scythae monarchae,
Imperio cuius regis sua colla necesse est
145 Subdedere, ut tetra cupiant regnare barathra.
Hinc evangelii coelestia dicta sequuntur
Sauromatae, natosque prius vitamque, Laresque

---

[1]) P. quoscunque.
[2]) P. vestra monenda est.
[3]) P. servuli.

Amittent, Christi quam dogmata sacra relinquant. [1])
Hinc Christi immanem pia pectora finibus hostem
Expellent patriis ac detestantur in aevum.
150 Frustra igitur, barbate senex, collapsa laboras
Regna tui Caraphae rursum instaurare [2]); repugnant
Etenim pia fata tibi et tantorum turba virorum.
Scilicet haec summa est cani prudentia vultus
Victrices laevo sperare a numine dextras.
155 Ac tibi non deerunt nigrae [3]), mihi crede, cohortes.
Rem geret hic ferro (numen modo laxet habenas),
Ille venenatas vibrabit mille sagittas
Aut calamum stringet, cui non certaverit unquam
Archilochus, cuius maduerunt sanguine tela.
160 Primus in adversum concurret protinus agmen
Mitratorum ordo; mox altera turba sequetur
Istorum Bacchi et Veneris, queis regula nomen
Attribuit, current pingues calvique cuculi,
Lenonumque cohors, meretricum et maximus ordo.
165 Hi pro te stabunt omnes numeroque cavebunt
Agmina, quae Romae defendunt [4]) sceptra tenentis [5])
Hosius [6]) a caligis primum qui nomen habebat,
Impigre [7]) aversos transfiget protinus hostes,
Quem manifesta Dei torquere minime pudebit
170 Verba, velut foedo fecit paulo ante libello [8]),
Purpuream ut tumido gestaret vertice mitram.
Hei! mihi quam metuo, ne Zebrzidovius [9]) undis
Mergatur Stygiis, puta quem gallica lecto
Affligit tabes, cuique ulcera dira minantur;
175 Iste tuis multum poterat succurrere rebus.
Esto tamen constans, fractam neque deiice mentem:
Si certes (etenim pugnandum est) Marte sinistro,

---

[1]) W R. wiersze 148 i 149 przez nieuwagę przepisywacza złączone w jeden wiersz: „Amittent, Christi immanem pectora finibus hostem .
[2]) R. restaurare
[3]) P. variae deerunt.
[4]) P. defendent.
[5]) P. ferentis.
[6]) Stanisław, biskup warmiński od r. 1550.
[7]) P. Impiger.
[8]) Confessio catholicae fidei christiana authoritate synodi provincialis, quae habita est Petricoviae anno 1551 mense lunio edita. Cracoviae, 1553.
[9]) Andrzej, biskup krakowski 1550—1560.

Non famae aut rerum fiet iactura tuarum:
Lugebis, tacitumque premes sub pectore vulnus.
180 Ast aderunt, mentem millenis versibus aegram
Qui consolentur. Tibi docta Cracovia musas
Depromet, tacitis quae nunc modulantur in antris
Carmina, Saxonici feriant, quae dogma Lutheri
Non secus ac valido quatiantur moenia [1]) ferro.
185 Ac vereor, ne me flagranti fulmine tangant,
Quod tibi consilio volui prodesse fraterno, [2])
Talia nempe ferret Pasquillus praemia verus.
At quoniam nulli Pasquillus parcere novit, [3])
Miles ut intrepidus Momorum tela redundet,
190 Sit licet indoctus ac pessimus ipse poëta.
Nunc superest, ut vela legam, ne turbidus Auster
Praecipiti in saevas rapiat me flamine syrtes.
Interea fidos aequi, rogo, consule versus,
Pasquillumque tuos habeas hic inter amicos,
195 Qui cupit, ut celso possis requiescere coelo,
Namque timet, Caraphae nedum mandata capessis,
Invito genio triplices tua fila sorores
Abrumpant, nigroque miser mergeris averno.
Ergo age, ne Christo indicas hic bella, sed ultro
200 Pande oculos, lucemque vide radiosque salubres,
Quos Pater Omnipotens nobis demisit Olympo.
Sic Deus hic, vitam accipies post fata perhennem;
Sin minus, hic nihil est, quod agas, hinc otius Euro
Proripe et Augustus cum sancto regna senatu
205 Te sine magna reget, populosque in pace tenebit.
Interea Romae rumpetur Praesul, at ipsi
Sauromatae Christi leges et dicta sequentur.
Callopius [4]) recensui.

---

[1]) R. numina.
[2]) P. fideli
[3]) W P. wiersze 188 — 189 złączone w jeden, co jest widocznym błędem przepisywacza.
[4]) P. Calleopius.

11.

Insignia Camilli Mentuati, oratoris papae. [1])

Est insigne tibi cummus, dat mentulla nomen,
Leno, haud orator, a meretrice venis.

12.

In eos, qui se caput Ecclesiae esse somniant.[2])

Cum te fortuna caput fecisset, iocata est;
Id si serio fecisset, culus eras.

13.

Ad proceres regni Poloniae

ordinis equestris querela

Piotrcoviae, in conventione regni anno 1563. [3])

Heu! quae vos furiae, quae mens vesana, poloni
O proceres, aut quis devius error agit?
Quatuor integri menses abiere, quod isto
Conventu teritis tempora vana mora.
5 Conventum petiistis, habetis; sed quid in illo
Tantisper factum, quaeso, videte boni est?

---

[1]) Rękopis Romanowskl, biblioteki Jagielońskiej Nr. 5267, str. 354.

[2]) Rękopis Romanowski biblioteki Jagielońskiej Nr. 5267, str. 354. Paskwile Nr. Nr. 9, 10, 11 i 12 przepisane są w nim w tym porządku, jak je tu podałem Pod ostatnim dodana następująca notatka: „Te wiersze podał niektóry człowiek nieznajomy legatowi papieskiemu w Krakowie u Franciszkanów w kościele przez małe dziecię sierotkę, które od niego sam wziął w fascykule zawiązane".

[3]) Cesarska Biblioteka Publiczna w Petersburgu, Mss. Lat. Q. XVII. 46, fol. 13.

Demite verborum cumulos, fucosque nitentes,
Egregii facti nil ea praeter erit!
Res est mira, quidem quibus est incognita vestra
10 Mens et avaritiae pectora coeca lue;
At nos, qui scimus, qui vos bene novimus omnes,
Istarum rerum non stupor ullus habet.
Vester amor facit hoc, qui in vobis ardet, habendi,
Publica qui spoliat commoda solus amor.
15 Hinc postquam vobis ad publica vota venitur
Et pandit sensus ordine quisque suos:
Candoris nihil est animo, certatis iniquis
Mox odiis, coeco et pectora fele madent.
Displicet alterius sententia, displicet autem
20 Et bona, si non res adiuvet illa tuas,
Et si communi pro libertate laborat,
Spernitur at risum ceu vitiosa movet.
Heu! quid dicemus? cum bella domesticus hostis
Concitat et nobis libera iura rapit?
25 Opprimitur bona libertas, quam sanguine fuso
Virtutum titulis quam peperêre patres.
Non rex, non alii, quos publica commoda tangunt,
A re privata pectora vestra movent.
Interea Moschus Lithanûm depascitur oras,
30 Vicinam nostro sanguine tingit humum.
Smolenscum taceo, iam sola recentia dico.
Ante annum quot sit depopulatus agros,
Hostili pagos quot ibi combusserit igne.
Witepscum meminit dicere, novit ager,
35 Quot turbas hominum captivas cepit, ut istud
Successit propius. Coepit adesse ferox
Molitus maiora. Animis praenuntia damni
Sensimus et iam sunt tristia signa gravaminis.
Nil vestros movere animos, quod vincula, caedes
40 Edidit in vestro sanguine Moschus atrox,
Donec ad invictum posuit sua castra Poloczkum,
Roboris hinc castro dicitur esse satis.
Condicit arx, madefecit agros et sanguis eorum,
Castrum pugnaces qui tenuere viri
45 Millia quot censes (didicit nam parcere nulli
Moschus) crudelem caesa et ad usque necem?
Millia barbaricum quot ibi cecidere per ensem?

Si quot in ardenti corripuere foro?
Certa fides facti non solius urbis et arcis,
50 Ast et agri plenum caede, cruore locum.
Atque utinam sors in reliquos sic aequa fuisset,
Omnes ut Stygiis exciperentur aquis.
Mitior in vinclis, quam vivere, sors ea visa est,
Quam non credendam barbariemque pati.
55 Quolibet est semper Moschus crudelior hoste,
Mitior ad poenas quilibet hostis erat.
At quae vicini terrent documenta pericli,
Sperate haec vobis esse ferenda brevi.
Cernitis, immineant iam quanta pericula vobis;
60 Stertitis in mediis vos tamen usque malis;
Surgite, defensam facite, evigilate, precamur:
Vindex in foribus criminis hostis adest!
Periustae vindex fidei, scelerumque flagellum
Cervicem in nostram missus en hostis adest!
65 Lithuanum florem expugnat, cepitque Poloczkum,
Plura timenda, nisi corpore somnus eat.
Isthaec qui potuit, poterit maiora. Quid autem?
Creditis his factis anne quietus erit?
Non erit (o! utinam vanus sim vates in isto
70 Cumque meo moriar protinus augurio!).
Lingua tacet, rerum exitu praenuntia mens est,
Tam vos indomitus cum furor intus agat.

14.

Pasquillus Warschoviensis

1564. [1])

Respublica.

Me miseram! filios genui, maternoque amplexu educavi, sperans illos mihi rebusque meis afflictis (ut fert sors mortalium) quandoque subventuros, mihique matri benemeritae gratificaturos. At nunc, hei!

---

[1]) Archiwum państwowe w Dreznie, osobny fascykuł p. t.: „Compendiosa descriptio conventus Varschoviensis anno Domini 1564 celebrati“.

míhí affictae nemo est, qui subveniat; immo qui debuerant alere, suis morsibus propriam carnem caedunt, o filii degeneres!

Constitutio Piotrcoviensis.

Heu! cara mater, cur tanto dolore ac eiulatu torqueris, animumque despondisti, tanquam omnium matrum derelicta et orphana? An non meministi, quantos dolores pius rex noster Augustus congregato toto senatu regni in proximis comitiis Petricoviae de te constituerit, videlicet, cupiens te salvam, claram, illaesam posteritati suae conservare.

Respublica.

Putasne tu, causa mea omnia haec pacta fuisse?

Constitutio.

Equidem.

Respublica.

Minime, nam si fucum detegas, luce clarius apparebit sub veste mea latuisse, tunc quorundam perversorum patrocinio, atrocem meum hostem, privatam rem, cui dum ipsi patrocinantur, utique meo lacte pascuntur et latius (licet indigni) continguntur, quorum factis Deus digna praemia praestet.

Constitutio.

Mea hera, cum tot saeculis praefueris, etiam diversarum nationum gubernacula moderando, miro nimium, quod id attendas. Florente quidem republica non obstari, quod unusquisque pro condicione sua rei etiam privatae studeat, rebus tuis per omnia salvis exsistentibus.

Respublica.

Fateor te vere loqui, sed hoc primum quaeso, quotus quisque est, qui maiorem mei, quam rei privatae, rationem habeat et hoc ipsum non gestu aut verbis, sed re ipsa cuperem perspectum habere.

Constitutio.

Nihil te moveat aliquorum perversorum (uti tu dicis) inconstans erga te animus; sunt enim principes, quos tu melius quam ego nosti, qui rebus tuis iam olim adeo insudarunt, ut potius propriarum, quam tuarum rerum iactura cuperet.

Respublica.

Licet noverim aliquos, cuperem tamen a te, qui recentiori memoria omnia tenes, perfectius edoceri.

Constitutio.

Si omnium animos in te declarare liceret, nec tempus, nec memoria mea sufficerent; rerum hoc consilium, quod in promptum tibi salubrius meae memoriae accurrit, vellem te interesse, dum Serenissimus Rex cum suo prudentissimo senatu regni consederit, illicque quam diligenter auscultare, quid unusquisque de te statuat, et tunc deerunt vanae opiniones et calumniarum causae, dum cognoveris, quo quisque sit erga te animo.

Respublica.

Nunc tuo salubri consilio libenter acquiesco, cupiens omnium erga me voluntatem exploratam habere. Intremus ergo conclave.

Regnum Poloniae.

Iudicet rex causam meam et defendat me, et liberet me ab instigantibus meis iuxta iusiurandum suum, qui Dei minister est.

Rex.

Nisi abundaverit thesaurus meus auro et argento in regno Poloniae plus, quam in Lithuania, non potestis me cogere, ut intrem in regnum hoc ad manendum.

Archiepiscopus Gnesnensis [1]).

Scriptum est habenti dabitur et illi, qui nihil habet et id, quod habet, auferetur ab eo, compelli igitur intrare.

Episcopus Cracoviensis [2]).

Boni pastoris est gregem pascere, non excoriare, nam omne regnum in se ipso divisum desolabitur; consilio itaque nobis utendum est, non iracundia.

Episcopus Cuiaviensis [3]).

Domine, probasti me et cognovisti me, etiam si oportuerit me tecum mori, non te negabo.

---

[1]) Jakób Uchański.
[2]) Filip Padniewski.
[3]) Mikołaj Wolski.

Episcopus Plocensis. [1])

Domine, a te omnis facultas mea et pecunia mea a te non est abscondita.

Episcopus Chelmensis. [2])

In virtute tua disperdes omnes adversantes tibi.

Episcopus Camenecensis. [3])

Date, quae sunt Dei Deo et quae sunt regis regi.

Castellanus Cracoviensis. [4])

Si fides hosti servanda est, quanto magis fides legum civibus tuenda. Nam iustitia et charitas validae sunt principum arces, nulla tyrannorum vis diuturna fuit.

Palatinus Siradiensis. [5])

Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus ad manducandum.

Palatinus Brzestensis. [6])

Argue, admone iusta, opportune, importune et age virilem.

Palatinus Inovlodislaviensis. [7])

Oportet nos renasci denuo, qui caro et sanguis non revelabit tibi, sed nuntii terrarum.

Palatinus Russiae. [8])

Patres nostri comederunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupuerunt; ideo nihil prodest gratis esse bonum.

Palatinus Podoliae. [9])

Cor regis in manu Domini; ubi voluerit, inclinabit illud.

---

[1]) Andrzej Noskowski.
[2]) Albert Starożrzebski (Sobiejuski).
[3]) Dyonizy Secygniowski.
[4]) Marcin Zborowski.
[5]) Jan Kościelecki.
[6]) Jan ze Służewa.
[7]) Jan Krotowski.
[8]) Mikołaj Sieniawski.
[9]) Jan Starzechowski.

Ceteri senatores.

Nos nullam culpam invenimus in executione ista, quoniam necessaria est.

Nobilitas regni.

Crucifigatur, reus est mortis, quia pauperes nos facit.

Marsalcus nuntiorum. [1])

A constitutione nobis recedere non licet et qui illi contradixerit, non est amicus fisci.

Instigator executionis.

Etsi omnes scandalizati fuerint, nos nunquam scandalizabimur.

Reliqui nuntii.

Bene omnia fecit, privilegia revidendo et iudicia limitavit.

Prussi.

Nos leges habemus et secundum leges nostras oportet nos mori.

Russi.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum patres nostri bene meriti sunt de Te.

Deputati revisionis.

Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, ita factum est.

Unio ex parte Polonorum.

Concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur, quoniam libertas potior auro toto.

Unio Lithuanorum.

Durus est sermo Polonorum; quis potest audire ea?

Palatinus Vilnensis. [2])

Innocens ego sum a conclusione unionis huius, nam dixit ille: non sis alterius, cum tuus esse potes.

---

[1]) Mikołaj Siennicki.
[2]) Mikołaj Radziwiłł Czarny.

Ceteri nuntii Lithuanorum.

Quid faciemus, viri fratres, si dimittemus unionem cum Polonis non conclusam; tunc Poloni derelinquent nos et ne forte veniant Moschi et tollant nostrum locum et gentem.

Libertas patriae.

Populus, qui habitat in pace, videt turbationes magnas, et qui ambulabant in via libertatis, oppressio orta est eis.

Leges iudiciariae.

Ut qui iustificatis impium pro innocentibus et coniugatis domum ad domum, agrum agro copulando, usque ad terminos terrae, et iustitiam iusti aufertis ab eo.

Religio.

Expergescemini: poenitentiam agite et credite evangelio, tempus enim breve est.

Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

Maledictus enim, qui confidit in homine et ponit carnem in brachium suum.

Sed qui confidit in Domino Deo suo, non commovebitur, sicut mons Syon.

15.

In praeposterum reipublicae ordinem,
5 februarii anno Domini 1565 Petricoviae in conventu,
dum de immunitatibus ecclesiasticis abrogandis
status equestris urgeret. [1])

Non id fleo, quod in bellum eo,
Sed id fleo, quod cum republica pereo.
Inversa sunt omnia,
Hinc ruina proxima;

[1]) Cesarska Biblioteka Publiczna w Petersburgu, Mss. Lat. Q. XVII. 46.

Sed Poloni, ne pereatis,
Omnia in suum locum restituatis.

Pulchrior apparet, qui sua iura tenet.

Egregius concionator. Non mirum est, quia me, quod sic sim inversa, Membra mihi officium deseruere suum. *Egregius miles.*

Inversa respublica.

Optat ephippia bos, Crede mihi, mea gens, nisi te haec absurda monebunt,
Optat arare caballus. Oppriment te incautam lacrymosa dies.

Sic ego distribuo vobis mea munera, nati,
Sic genitrix vobis salva perhennis ero.
Quisque suo modo state loco, propriumque teneto
Officium, sic vos nulla pericla manent.

Tu ora. Tuque labora. Tu protege.

16.

Ad ill^mum^ et rev^mum^ cardinalem Varmiensem. [1])

Flos, pes, pondus, odor, scabies, resonantia nulla:
Haec sunt peponis signa futura boni.

Ad eundem.

Signa boni quamvis peponis certa notentur,
Omnes sed sensus decipiuntur eo.
Nasus enim raro verum sentatur odorem,
Errat iudicio ponderis usa manus,
5 Cortice sic oculi scabro falluntur et auris,
Alvus cum parvum praeferit usa sonum.
Hoc igitur proprium sic est, ut foemina fallax,
Quae duo pacifico nota fuere minus.

---

[1]) Stanisław Hozyusz; autorem epigramatów jest Stanisław Reszka. Biblioteka Uniwersytecka w Warszawie, rękopis 6. 2/4, fol. 204.

17.

Epitaphium Scalichii [1])

factum ad imitationem epigrammatis Nigidiani in Zoilum. [2])

Aspice Scalichium pendentem de trabe celsa
Et pronam faciem, collaque fracta viri,
Ore gerit linguam, quam mordicus ipse ministrat,
Tot scelorum poenas nunc quoque ferre iubet.
5 Pestis acerba fuit, sycophanta, κόλαξ κακοήθης:
Talis vir ullo tempore pestis erit.
Te monstrat crux, trux sublimen tempore parvo,
Sed mox ore canum diripiere, miser.
Gloria parva tibi est, sed scalae gloria magna,
10 Ex nunc et scalas expete, quas fur habes;
Iustitia hoc toties dedit implorata, suumque
Non ultra dici nomen inane tulit.
Vade, canis mordax, Erebi cape praemia nigri,
Suscipias tandem Tartara coeca. Vale!

18.

Stanislai Rescii

de articulo confoederationis haereticorum

1573 [3]).

Deus offenditur, fides avertitur,
Religio ruit, Polonia perit,
Si confirmabitur.

---

[1]) Paweł.

[2]) Rękopis Romanowski biblioteki Jagielońskiej, Nr. 5267, str. 200. Wiersz napisany zapewne w r. 1566. Por. A. Pawiński, Sprawy Prus Książęcych, Źródła dziejowe, tom VII

[3]) Rok przezemnie dopisany. Rękopis biblioteki Warszawskiego Uniwersytetu, 6. 2/4, f 206.

Deus est placandus, proximus amandus,
5 Ut sint fortunata imperia data.
Sic itur ad alta.
At isto foedere vides concidere
Fidem christianam, non calvinianam,
Quam volunt colere.
10 Si foedus iuratur, licentia datur,
Ut quidvis credamus, nec Deo vivamus,
Et sic pereamus.
Non iam christiani, sed mahometani,
Aut prorsus athaei, contemptores Dei,
15 Regnum obtinebunt.
Sic erit sentina cum certa ruina,
Omnium malorum limes Polonorum
Indubitatus.
Libere licebit, sed male nocebit
20 Deum abnegare, Christum blasphemare
Sanctumque Spiritum.
Sacra, templa, aras et leges avitas
Omnia subvertent, nobisque relinquent
Parietinas.
25 Gallia testatur, quod stare non datur
Regi, cum sacerdos per quosdam superbos
Exterminatur.
Quod leges patriae, non deerunt viae,
Ut aboleantnr, novaeque scribantur,
30 Cassis veteribus.
Sic iam videbimus, nisi caecutimus,
Antiqua cassatur et nova cuditur
Confoederatio.
Dicit illa vetus: sit in Regno metus,
35 Omnes insurgamus, errores pellamus
Haereticales.
At nunc praescribitur, si rex qui eligitur,
Errores pellere aut velit tollere
Haereticales,
40 Ut omnes insurgant, regi se opponant,
Sceptrum et gladium, totum imperium
Prorsus eripiant.
Sed qui mutat fidem, cur non mutet idem
Leges et statuta, regumque decreta
45 Aeque impudenter.

Rex et Ecclesia stant in una via,
Hanc qui reliquerit, illum contempserit
Indubitanter.
Verbum dicit vetus: multa docet metus,
50 Sed metu soluto licita iam sunto
Pessima quaeque.
Metum omnem solvit, audaciam nubit,
Furorem concitat, populum irritat
Confoederatio.
55 Deus, rex, sacerdos, respublica per quos
Manet incolumis, ruit, si quem ex his
Temnis et blasphemas.
Dicit occasio: mox furem facio;
Grandis occasio—confoederatio,
60 Infidelitatis.
Hanc satanas ambit, huic totus incumbit,
Ut dicat impius: non est mihi Deus
Meus, perit et corpus.
Haec est cynosura, sed non ita pura,
65 Possit ut verbis patere, qui verbis
Deum blasphemant.
Verba speciosa, sed insidiosa,
Pax servetur, aiunt, hoc verbo contegunt
Impietatem.
70 Inter dissidentes et conviciantes
Quisnam crediderit, aut unquam viderit
Pacem et quietem.
Foedus hoc non stabit, sed cuncta turbabit:
Forum, ecclesiam, omnem politiem
75 Simul concutiet.
Sicut trideistae, sic et calvinistae,
Sed et lutheristae, quem colunt papistae,
Christum negaverunt.
Fundamentum ille, parietes iste,
80 Hic tecta deiicit: sic daemon perficit,
Quod desiderabat.
Nunc legis timorem tollit et amorem
Fingit libertatis, ut liceat gratis
Deum blasphemare.
85 Quod si perfecerit, quis iam putaverit
In patria pacem atque unitatem
Posse durare.

Christe, iubes pacem, bonorum feracem,
Odis divisores, panis turbatores,
90 Pacis osores.
Tolle discordiam, dona scientiam;
Prava fugiamus, bona cupiamus
Ad tuam gloriam.

19.

Dialogus

de turbulenta haereticorum pace in Polonia,
quam Confoederationem vocant,
Stanislai Rescii. [1])

Personae: Sebastus, Asebius.

Asebius

O! luctuosa tempora, o! mores truces,
O! corruentis saeculi miseram vicem,
O! damna acerbis semper flenda lacrymis,
O! tempora, o! mores!

Sebastus.

Quid est? quidnam doles?
5 Quid quereris?

Asebius

Hem! quaeris, quid ego doleam, querar?
Occulta tanti causa moeroris mei est:
Veteres ruinas patriae, casus novos
Illi imminentes ac futuros prospices.
Vides, novatis ut semper augescant malis
10 Mala nostra. Regnum cernis absumptum prope

---

[1]) Dyalog był niewątpliwie napisany w r. 1573. Biblioteka Uniwersytetu Warszawskiego, rękopis 6. 2/4, fol. 211.

Odio, tumultu bellico, ferro, nece.
Expellimur domestico miseri lare,
Erramus huc illucque, nec profugis locus
Est certus ullus, exules patrio solo
15 Pridem remotas quaerimus mundi plagas,
Quas incolamus. Nobiles ubinam domus,
Ubinam superba tecta, quae fastigiis
Aequare summa montium poterant iuga,
Haec diruit, vastavit, evertit dies.
20 Utinam dies! ferenda sors certe foret.
At intimis exortus animis furor
Hic, hic feroci confudit fastus manu,
Hic inquietus pacis hostis, cum feris
Nocere vellet exteris, nocuit sibi;
25 Hic abstulit quidquid novi aut pulchri fuit;
Immane monstrum quas voravit, quas opes
Exhausit, intestinus hic belli furor!
Nos barbarorum more, ceu nullos foris
Habeamus hostes, arma sic convertimus
30 In nosmet ipsos, o! feris rabidos magis.
Id rege quondam mortuo fieri scelus
Cum fluctuaret fervidis regni fretu
Nostri procellis, tulimus aegre; sed tamen
Tulimus. Creato rege quid causae siet
35 Belli, profecto nescio, nisi fingere
Velimus aliquam praeter inclementiam.
Dices id huius esse dissidii caput,
Quod ceu triremis impetus gravidis Noto
Iam carbasis vix signat in spumis iter
40 Pelagi frementis: linteis positis tamen
Volucris pererrat impetus vestigia:
Sic concitatus ille iam vulgi furor.
Sint vela iam contracta, cessavit licet
Iam causa belli, reliquus est odii tamen
45 Nescio qui error, aut minor rabies foret
Nos inter; illa saevit, ut cum maxime
Hoc tu tamen videre luminibus potes
Siccis? videre hoc funus patriae queam?
Prohibesque me dolere. Vae! misero mihi!

Sebastus.

50 Ne lacryma, vir esto, quid tandem rei est?
Quid queris? aut quid publicis rebus petis?

Asebius.

Pacem.

Sebastus.

Facem videre mihi potius tuis
Nobisque pariter quaerere, ut maius flagret
Incendium.

Asebius.

Pro coelitum atque hominum fidem
Mene patriis me laribus, heu! diram facem
Inferre? quo tandem modo id.

Sebastus.

Siste, audies.

Asebius.

Mihi pendet animus, huc et illuc distrahor.

Sebastus.

Sine modo.

Asebius.

Vix tenere me possum.

Sebastus.

Sile!
Si audire vis.

Asebius.

Dic illud imprimis rogo,
Quo iure pax negetur optanti?

Sebastus.

Quia
Pax esse nunquam poterit, ubi dominus iubet,
Nec paret ille, qui tenetur iussui.

Asebius.

Paremus omnes perlubenter.

Sebastus.

Cur fidem
Aliam tueris ac sequatur rex tuus.

Asebius.

65 Cuique liber animus ac mens integra est.

Sebastus.

Homine superbo nulla est res foedior.

Asebius.

Homine ficto nulla res vitiosior.

Sebastus.

Placere, qui non vult duci, ne militet.

Asebius.

Placere nimium, qui studet, vitio placet.

Sebastus.

70 Si civis es, pareto, cum rex imperat.

Asebius.

Iussus ab iniquo rege iure est contumax.

Sebastus.

Hiasce tellus! Rex iniquus! Proh! nefas!

Asebius.

Iniquus est, si iure abutatur suo.

Sebastus.

Quid? si iuberet in crucem te tolli aut rotam.

Asebius.

75 Feriat, trucidet, concremet, cineres maris
Iaciat in undas, summa libertas mori,
Modo arbitratu vivere mihi det meo.

Sebastus.

Sceleratus, impius, unus e capitis reis
Nunquam debebit iure, quod careat suo.
80 At si innocens, ut dicis, es carus, probus,
Invisus improbis, mali cum facias nihil,
Iniuriam te perpeti, quo animo feres?

Asebius.

Quo nempe mala fert innocens, hoc est, bono;
Torquetur imminenti is pene metu,
85 Qui est ipse poena conscio sceleris sibi
Contra furentes inter ac rabidas minas,
Inter cathenas, compedes, gladios, cruces,
Securus, insons, tutus est innoxius.

Sebastus.

Tunc igitur ille pacis optator pius,
90 Qui bella quereris voce lamentabili,
Pro pace qui tuenda ineptum iudicas,
Qui verba amici nescit ingenio dare,
Fatetur is, fatere tu; negat is, nega.
Proclivis est ad arma, nil iis pulchrius;
95 Avidus honoris, effer in coelum decus
Pecuniae, reprehende luxum; prodigus
Est, carpe avaros, flatibus tandem catus
Impelle, quibus ipsa cupit impelli ratem:
Quo me vocarit cumque rex, subito sequar.
100 Nunc aliud est loquentis os, alius sonus,
Quid levius, inconstantius fingi queat?
Modo tristis ille non dolet, qui lacrymas
Vix temperabat, pacis amissae dolor
Ille abiit, an dicetur: is potius dolus?
105 Pietatis opus, id scilicet, pietas mali
Habet ista; doleat, quod dolendum non putat.
Simulata pietas peior ostenso est odio.
O! vera dicta! Deserunt nati patrem,
Ac patre si quid charius faciunt pili,
110 Modo ne voluptas deseratur, perfrui
Modo quisque possit liberae vitae bonis,
Si modo fugacis habenda sunt vitae bona.
Constrictus es teneris ac medius miser,

Nec sentis, etiam respicis me, ferreum os
115 Nec hebescis.

Asebius.

Abstine conviciis;
Minae facessant, si cupis mecum loqui.
Utilior esset, censeo, regi quies
Regnique pax, quam nos severe pellere
Atque excitare rursus ad bellum suos.

Sebastus.

120 Neque faciet, neque satis id faceret pie,
Vitam relinquet potius, an non videt,
Quam falsa pax, quam ficta, quam fugiens probis
Sit cum improbis; metua, quam sit noxia
Contagio, ne devorent agnos lupi,
125 Magnopere caveamus.

Asebius.

Sumus, fateor, lupi,
Pestis, lues, contagio; cupimus tamen
Iuvare, non obesse.

Sebastus.

Sic Turcae iuvant,
Cum Christianos barbaros mores docent.
Quid? quod iuvamen istud in facinus malum
130 Evadet aliquod. O! miser, nimium miser,
Qui sponte damnum patitur, ob vitium suum,
Quod nulla compensare commoditas potest.
Pennas oloris corvus indutus niger
Inter canoros obstrepat tandem modos.
135 O! sacra quondam, nunc prophanis Anglia
Coinquinata moribus, quisnam tuum
Veterem decorem turbo? quis rapuit probas
Sanctasque mentes, diruit quaenam fidem
Regni libido? quae voluptas? quod malum
140 Tam grande, quod non passa sis? Mulier tibi
Regina qualis?—Videris!—Quid bellua
Faceret, quod illa non sit ausa, haec impia,
Scelerata, saeva, immanis, atrox! Haec sacra

Deodicata templa vastavit, solo
145 Aequavit; haec eiecit extorres pios,
Delevit aras funditus. Dicam?—Pudet
Dicere, tamen dicenda sunt!—Muliercula
Haec una Christi, proh scelus! quos Tartarus
Pavet ministros, carceris quosdam diu
150 Horrore clausos enecavit squallido
In luce plures publica, laqueis, rotis,
Crucibusque sustulit: sacerdos nullus fuit,
Qui exempla non pertulerit, olim vix truci
Cognita Neroni, vix audita. Haec suo
155 Generi pepercit?—Non pepercit! Regium
Sine nominis cadaver ornatu dedit.
Haec scelera tanta, gravia tam qui perferat,
Spaciosa coeli templa qui tonitru capit!
Quid plura? Nosti cetera, quid patret boni
160 Adhuc? Ruinae causa quae tandem fuit?
Licentia voluptatis. Haec, quam diu cupis,
Pax! Galliam tacebo. Satis intelligis!

Asebius.

Agnosco culpam.

Sebastus.

Vis salutem consequi.

Asebius.

Nisi lapis essem.

Sebastus.

Nunc sapere demum mihi
165 Videre.

Asebius.

Me doctrina permovit tua,
Eloquentiae vis magna, sed mores magis.

Sebastus.

Tibi persolvant omnia grates
Meritas coelum, mare, terra, Deus,
Cuius in animos munera nostros

170 Largo veniunt imbre pluuntque.
Tibi, rex, Christi fidei custos
Regni, Stanislae, potentis,
Tibi fortunet Deus imperium
Detque perhennes vivere in annos.
175 Te non opibus complere cupis,
Te non minuis, obruis escis,
Te non prolis sollicitat amor,
Pietas studiis crescat ut almis.
Forsan erit, cum barbarus hostis
180 Mille cathenis vinctus tolleret
Poenas, hilares tumque triumphos
Det pietati ipse Deus tuae.

20.

Marphorius in Gallo-polonum.

1574. [1])

Reginae fugitat volucris dum proelia Gallus,
Diana tectus tutior esse cupit.
Galle, quid insanis?—Nescis, quod perfida Phoebea
Umbra quos celat, lumine prodit.

Idem.

Mollibus assuetus Gallus puerilibus annis
Deliciis, rigidi iam petit arva coeli?
Gallus erit porcus? Patria ad vel limina pulsus,
Cantabit Gallus, qui modo porcus erat?

Idem.

Dotibus eximiis dum quaesivêre Poloni
Regem, bissena luce Diana nitet.

---

[1]) Rok napisania dodany przezemnie. Archiwum Ministeryum Spraw Wewnętrznych w Wiedniu, fascykuł akt: „Pohlen, 1572—1576“.

Designant Gallum (factum natura stupescit),
Qui nisi coccisset, iam tibi mutus erit.

Idem.

Dic mihi, qui Gallum, peregrino sanguine natum,
Regia Sauromatum sceptra tenere dedit?
Insidiae, fraudes, lucri, malesuada cupido
Et Selymi rabies, Euganeique doli.

21.

Vae! nobis, vae!

1574. [1])

Henrice rex,
Opprimitur [2]) lex,
Delirat faex.
Licentia dominatur,
5 Virtus opprimitur, [3])
Veritas condemnatur. [4])
Rex offenditur,
Arx violatur,
Senator vulneratur.
10 Verba Monlucionum, [5])
Gens Zboroviorum
Plena seditionum.
Mater Zebedaeorum
Flet filiorum
15 Scelera perversorum.

---

[1]) Archiwum Cesarskiego Domu, Dworu i Państwa w Wiedniu, Polonica, 1574 s. d., fascykuł 13, nr. 37; Biblioteka Uniwersytetu Warszawskiego, rękopis 1. 4/4, fol. 254, w tym rękopisie, z którego wzięte i inne poprawki, w tytule dodano wyraz „Poloni". Ten paskwil, równie jak i następny, napisano z powodu zabicia Wapowskiego, więc pochodzą z lutego albo z marca r. 1574.

[2]) W. Rumpitur,

[3]) W. Contemnatur.

[4]) W. spernitur.

[5]) W. nuntiorum.

Prima iustitia,
Distributa officia,
Plenis nequitia.
Unus Zenonus, [1])
Alter praedonus,
Testis Bogdanus vel Hironus.[2])
Iustitiam praemere
Potestis cernere,
Alii decrevere.
Doctrina interrogatur,
Nec virtus probatur.
Terror [3]) abrogatur.

22.

Decretum regis.

1574. [4])

Non Zborowski, sed iustitia
Bannita de Polonia
Senatorum perfidia.
Longe peiores
Quam ante errores
Et corrupti mores,
Attulit de Francia:
Fraudem cum nequitia,
Comite malitia.
Peregrinus rex,
Peregrina lex,
Nostra Polonia ex-lex.
Non multum regnavit,
Sed iam peieravit,
Fidem violavit.

---

[1]) W. Livonus.
[3]) W. et Pisonus.
[2]) W. Nec error.
[4]) Wiedeń, Archiwum Cesarskiego Domu, Dworu i Państwa, Polonica, 1574 s d , fascykuł 13, nr. 38.

Gallica decreta
Fecit nobis rata,
Nulli bono grata.
Iam statuta fracta
Et post nova facta
Erunt distracta.
Occide senatores,
Habebis fautores
De illis saeviores.
Sed prius vendere,
Bona amittere,
Necesse, quam occidere.
Ut cellaria faecibus,
Sic Polonia necibus
Plena erit absque precibus.

23.

De obitu Caroli IX, Galliarum regis,

et de Henrico, Polonorum rege.

1574. [1])

Severus nimium fati letique paterni,
Quo tuus interiit pater acta comminus hasta, [2])
Immemor et fratris [3]), qui primo in flore iuventae
Impius, aversa dum Christum negligit aure,
Corruit aure ipsa putri ab radice revulsa,
Carole rex, fueras equidem. Nunc numine laevo
Incertum, qua morte cadis. Tibi iura fidemque
Frangere propositum fuit alta mente repostum.
Vox sonat in coelis animarum crebra piarum,
Quas tibi erat visum laniena perdere tristi.

---

[1]) Archiwum książąt Schwarzenbergów w Trzeboni w Czechach, Nr. 4834, fol. 31.

[2]) Henryk II uderzony kopją w oko na turnieju przez hr. Montgoméry w r. 1559.

[3]) Franciszek II umarł w r. 1559 z wrzodu w uchu.

Luce cares vitae atque utinam quoque morte careres.
Vixisti satis et mortis solamen habere
Hoc potes ante obitum, quod caede sacra Navarrae
Iura et saevorum convivia centaurorum
15 Tristia vidisti et Lapitharum more peracta,
In quibus egregium et nulli virtute secundum
Colignum heroem, membratim in frustra recisum,
Pene tuis visum est epulandnm apponere mensis.
Post tua fata tui manes umbrae vagantes
20 Sanguine adhuc inhiant et multum hinc inde cruorem
Collectum inspergunt tumulo: VT QVI SANGVINE VIVVS
EXTREMI HAVD POTERAS EXSANGVIS SANGVINE
[INVNDES.
Tu, qui Sarmatiis fugisti nuper ab oris,
Regis ubi titulum haud tenuisti tempore longo,
25 Rex siquidem nunc es, profugusque et transfuga, fratris
Affectans regnum, fatali sorte creatus
Rex si Gallorum fueris, bella, impia bella
Dedisce et Christi palantes assere coetus.
Fac, patris et fratrum moveant te exempla tuorum,
30 Tres siquidem hi fato ceciderunt mortis iniquo.
Exitus acta probat: poenam perpende tuorum,
Henrice, et tandem meliori pectore sumpto
Disce tuam vitam atque in te discendere disce.
Namque Polonorum ceu vulpes sceptra adiisti,
35 More lupi et capti es simulatis usus habenis.
Ergo ubi nulla data est tibi desaevire potestas,
Parvo intervallo regnans, sine laude abiisti,
Otior et ventis, lepore et velocior omni.
Te tamen humano caesar [1]) mitissimus ore
40 Excipit et profugum non dedignatus amicum.
Hunc tu promissis forsan mulcebis, at immo
Corte aliud volves, natura impulsus avita,
Natura ceu quisque suae sua foemina ducit.
Nunc vade, hosque duos tecum, rogo, sumito versus:
45 EVoLat e terrIs aLes CrIstata poLonIs,
Vt fVrtIM sItIIt terras, sIC noCte reCessIt. [2])

---

[1]) Maksymilian II gościnnie przyjął w Wiedniu uciekającego z Polski Henryka Walezyusza.

[2]) Litery duże dodane razem, jako cyfry rzymskie, dają rok 1574.

24.

Wolność zaleca obrać królem Piasta.

1575. [1])

O! vos, proceres poloni,
Quotquot estis cives boni,
Ego, afflicta libertas,
Videns res vestras incertas,
5 Propter hos tantos tumultus,
Quos quisque excitat stultus,
Consilia remorando,
Discordiam excitando,
Hortor vos per vestras leges,
10 Quas vobis pientissimi reges
Dederunt, cunctationem
Reiicite et hoc omen
Faustum accipiatis:
Regem Piastum eligatis,
15 Adolescentem prudentem,
Deum maxime timentem,
Cui reginam Suetiae [2])
Maximae pudicitiae
In matrimonium date,
20 Et sic vivetis placate.
Si haec non prospicietis,
Regem non perficietis,
Et pericula gravia
Incommodaque omnia
25 Maxime vos perturbabunt
Et poenitus exstirpabunt.

---

[1]) Archiwum Ministeryum Spraw Wewnętrznych w Wiedniu, fascykuł „Pohlen, 1572—1576". Wiersz nie ma ani tytułu, ani roku; w nagłówku napisano „Diss ist zu Prossowicz unter dess Herrn Woywoden Sessel geworffen und gefunden worden". Zjazd w Proszowicach odbył się 31 grudnia r. 1575 (Ś. Orzelski, Bezkrólewia ksiąg ośmioro, tom III, str. 17) Wspomnianym w napisie wojewodą był Piotr Zborowski, wojewoda krakowski, który na tym sejmiku grał główną rolę.

[2]) Zapewne reginulam, gdyż królową szwedzką była wówczas Katarzyna Jagielonka, matka Zygmunta III, córka jej wszakże Anna miała dopiero 7 lat.

Ergo cito eligendus
Et hic modus exquirendus.
Hiems prohibet inimicum,
30 Ne vobis canat classicum.
Postquam nives diffugient,
Hostes nostri non negligent
Praesentem occasionem
Ob nostram seditionem.
35 Instat tempus idoneum,
Hoc est consilium meum.
Et post pascha [1]) concurratis
Et dominum eligatis;
Si hoc tempus negligetis,
40 Rempublicam amittetis.
Iam undique afflictio,
Maxima perturbatio,
Fletus et stridor dentium,
Causae practicantium.
45 Turcam certe videbitis,
Sed cum illo habebitis
Mala invicta omnia.
Certa sunt haec, non somnia,
Oppressa lex et libertas.
50 Videbimus res incertas
Erepta bona et vitam
In manu hostium sitam.
Ego, libertas timida,
Videns haec consilia,
55 Quam expellere volunt
Et amicam esse nolunt,
Rogo, me contineatis
Et hinc non amoveatis,
Sed res vestrae mihi notae
60 Et alienae ignotae.
A vobis migrare nolo,
Manere vobiscum volo.
Hoc me facturam promitto,
Si non cunctanter sed cito

[1]) 22 kwietnia.

65 Rebus vestris consulatis,
Et dominum eligatis.

25.

In nuptias Bathory

1576. [1])

Semiviro iuncta est antiqua fronte virago,
Ac ventri pigro frigida nupsit anus.
Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus,
Aut aliquid monstri semivirago feret.
5 Digna viro tali sponso quoque dignior uxor,
Conveniunt labris ista vireta suis.
Heu! quid iners dubitas annosum carpere florem?
Quem tibi iam nullum marcida praebet anus.

26.

Benedictio gentis polonicae

Roma allata,
1576. [2])

Ex hoc nunc et in saecula saeculorum
Sit maledicta gens Polonorum.
Ex hoc nunc maledictus homo de gente polona,
Ex hoc nunc maledictus ager, tellusque polona,
5 Ex hoc nunc maledictae urbes, villaeque polonae,

---

[1]) Archiwum Ces. Domu, Dworu i Państwa w Wiedniu, Polonica z maja r. 1576, nr. 83; ślub odbył się 1 maja; Anna Jagielonka miała wtedy 53 lata, Stefan Batory 42. Paskwil posłany został do Wiednia przez sekretarza Olbrachta Łaskiego, wojewody sieradzkiego.

[2]) Biblioteka Nadworna w Wiedniu, rękopis Nr. 870, str. 26; nieoznaczony rokiem, ale niewątpliwie odnosi się do pierwszej połowy r. 1576.

Ex hoc nunc aër maledictus et aura polona,
Ex hoc nunc maledicta bibit quam lympha Polonus,
Ex hoc nunc maledicta fovet quae terra Polonûm,
Ex hoc nunc, Germane, odio insectare Polonum,
10 Ex hoc nunc infans germano in ventre Polonum
Oderit atque odio vivatque, obeatque poloni,
Ex hoc nunc tellus, homines, animalia utrinque
Tantisper certent odiis, belloque, polonae
Dum vel fama manet gentis nomenve polonum.

27.

Przepowiednie na lata 1586—1588.[1]

Anno Domini 1586.

Proelium in Germania,
Princeps in discordia,
Frumentum et vinum
Habemus optimum.

Anno Domini 1587.

Novum erit bellum,
Papae videbis exitium,
Rebelliones et dissidias,
Omnibus in locis caritas.

Anno Domini 1588.

Mille annis verum
Huiusmodi non coelum
Veteres dudum dixere.
Hoc anno omnia lugere,
5 Mundi finem si non videbis,
Permutationem magnam videbis.

---

[1]) Biblioteka Uniwersytetu Warszawskiego, rękopis 2. $^{2}/_{19}$, fol. 4.

28.

Mercurii et Charontis dialogus.

1586. [1])

Mercurius. Qui fit, mi Charon, ut vultu sis adeo demisso, qui paulo ante gaudio exultabas.

Charon. Sane tam iniqui sunt in me superi, ut cymbam meam submergere sit satius, quam in posterum animas frustra exspectando. frigore et inedia confici; omnino mihi vitae genus istud mutandum est.

Mercurius. Cuinam igitur vis te addicere?

Charon. Monasticae, hanc enim mihi nuper maxime commendavit obesa quaedam anima, quae se abbatem (quale hoc monstrum sit, nescio) fuisse asserebat.

Mercurius. Cum Sardanapalum transmitteres, qualem vitae suae rationem tibi reddidit?

Charon. Adeo foedam et flagitiosam, ut audiendo fere sim horrore exanimatus.

Mercurius. Sane, si ita est, ut dicis, animam exhalares audita monachorum bis Sardanapalica vita.

Charon. Istud ex multis ante audiveram, sed vix credibile videbatur, nunc vero tibi indubitatam fidem habeo, qui et veracem te, et mihi longe amicissimum esse hactenus cognoverim. Verumtamen non monachos tantum esse tales accepi, sed quotquot ab illo, quem vere quidam tricipitem Cerberum vocant, rasi et axungia delibuti sunt.

Mercurius. Haec adeo vera sunt, Charon, ut minime de tuo questu te sollicitum esse oporteat; quare capaciorem ac firmiorem cymbam quaeras, quandoquidem turmatim animas easque abdomine gravissimas paulo post huc devolantes videbis.

Charon. Beasti me sane, Mercuri, augur foelicissime.

Mercurius. Age ergo, frontem exporrige et quae moeroris istius causa fuerit, exponito.

Charon. Ego, ut verum fatear, incredibilem tueri spem ex bello

---

[1]) Z powodu wysłania Hannibala z Kapui, arcybiskupa neapolitańskiego, na stałego nuncyusza do Polski w r. 1586. Z rękopisu Cesarskiej Biblioteki Publicznej w Petersburgu. Różnojęzyczne, F. XVII. 58, fol. 26; rok przezemnie podany.

conceperam, quod nescio quis Christianissimus Rex [1]) cum Catholico, si diis placet, Rege [2]) pertinaciter gerebat. Nunc cum inter istos pacem coaluissem, fama sit, magno dolore discutior.

Mercurius. O! te parum memorem, qui! iam sis oblitus, qua fide olim istorum patres [3]) inter se foedus pacemque, ecclesiastico sacramento sancitam et confirmatam, coluerint. An nescis hoc tempore periuria et huiusmodi pietatis opera esse frequentissima?

Charon. Scio quidem, sed fieri potest, ut filii patribus sint paulo cautiores.

Mercurius. Ego autem, utpote deus, longe infoeliciores pronuntio; verum ut ab illis naulum accepisti, ita ab istis es habiturus.

Charon. Quid hoc rei fit nondum intelligo, nisi de Francisco Valesio et Carolo Austriaco dictum tuum intelligi velis. Quorum huc ille quidem olim venerat, paludem traiecturus, sed orta inter animas contentione, a quodam genio in aliam regionem est abreptus. Hic autem (nisi me dormientem fefellerit) nondum huc delapsus est. Quam vereor, ne hispanicis strophis mihi imposuerit.

Mercurius. Miror nondum huc pervenisse hominem, alioqui in rebus agendis minime somnolentum. Verum enimvero fieri potest, ut equitatu gravis armaturae stipatus, tardius inter tot itineris salebras progrediatur. Pedagra etiam ipsum alicubi detineri credibile est. Quid si etiam Romani, prout indulgentiis onustus, in luto succubuerit. Utcunque sit, huc tandem delabetur. Sed vide, ne quod modo de Valesio illo dicebas, huic etiam cum tuo detrimento contingat.

Charon. Nisi me praestigiis fastinaverit, naulum haud dubie caesare dignum persolvet. Verum et alia est calamitas, quae me non leviter angit; huc enim gracilis quaedam et macilenta nuper venit anima, quae nihil faustum ex Polonia afferebat.

Mercurius. Quid ita?

Charon. Omnia lutheranismo misceri; leve mihi detrimentum existimas?

Mercurius. Hactenus tuam avaritiam tolerabilem duxi, nunc vero prorsus displicet. Tibi ex omnibus aliis populis maximum quaestum facere non est satis, nisi et Polonis coelestem vitam invideas?

---

[1]) Henryk III.

[2]) Filip II.

[3]) Franciszek I zmarły w roku 1547, ale on był dziadkiem a nie ojcem Henryka III Walezyusza, i Karol V zmarły w r. 1558.

Charon. Vivant illi sane modo Sardanapali, rasi unctique (qui adhuc ibi deliciatur, mihi tandem naulum afferat). Sed dic mihi, obsecro, satin' salvae apud Polonos Romanensium res tibi, deorum sagacissimo, videntur?

Mercurius. Nutant quidem, sed adsunt tumidi quidam atlantes, qui ipsas strenue tuentur.

Charon. Sed quo tandem evadet ista comoedia?

Mercurius. Dicerem equidem libentissime, sed vereor, ne mihi idem contingat, quod olim Alcibiadi, qui Cereris sacra enudarat. Siquidem in me iam aliquid novi moliebantur isti. Sed detectis insidiis me alis in altum subduxi.

Charon. Haeccine est istorum in deos pietas?

Mercurius. Nimirum; sed audi reliqua. Pontifex iratus Sarmaticis ingeniis, ut nimium frigidis ac modestis parum fidens, Neapolitanum in Poloniam episcopum misit (quales non paucos tua cymba traiecit), ut aliquod incendium adversus lutheranos excitaret.

Charon. Ergo incendiarius pontifex?

Mercurius. Dubitas? Immo et aliquid amplius.

Charon. Quid vero molitus est Neapolitanus ille incendiarius?

Mercurius. Multa quidem satis horrenda, sed irritis conatibus.

Charon. Exultant igitur lutherani?

Mercurius. Quidni?

Charon. Gaudione solito ac perpetuo?

Mercurius. Aiunt quidam, negant alii.

Charon. Qui aiunt, quibus rationibus nituntur?

Mercurius. Divinis oraculis.

Charon. Perii! Qui negant, num quid habent, quo se tueantur?

Mercurius. Habent.

Charon. Quid?

Mercurius. Vim.

Charon. Nihilne aliud?

Mercurius. Habent et quaedam alia, sed admodum invalida.

Charon. Quaenam?

Mercurius. Humana somnia, consuetudinem et nescio, quae alia.

Charon. Istis gratulor et mihi gaudeo. Sed valde sollicitos esse oportet, praesertim cum agatur de ipsorum regno evertendo.

Mercurius. Utinam ex aliqua specula ipsos concursantes videas; sane pro aris et focis pugnaturos existimes; ipse quibusnam eorum conventiculis interfui, sed....

Charon. Quid haeres?

Mercurius. Vis, uno verba dicam.

Charon. Volo.

Mercurius. At cum silentii stipulatione.

Charon. Lapidi dixeris.

Mercurius. Omnes rimantur vias, quibus regem ad tyrannidem trahant; denique in reipublicae perniciem coniurasse videntur.

Charon. Nimirum a prisca Polonorum virtute plurimum degenerarunt.

Mercurius. Immo si prisci illi, qui patriae libertatis assertores fuerunt, nunc redivivi essent, istos uti spurios atque fucos exploderent.

Charon. Quid? Eademne est istorum omnium aegritudo?

Mercurius. Absit, sed omnium animos tibi prope diem sigillatim aperiet bis unctus quidam, qui miseram vix animam trahit.

Charon. Divesne?

Mercurius. Quo facto dives non sit, qui pediculos quaestus gratia dêglubere non vereatur.

Charon. Euclionem mihi Plautinum narras, a quo vix ternarium [1]) post multam altercationem pro naulo extorquere potui. Sed in agitando regis ad saevitiam animo quid proficiunt boni patres?

Mercurius. Laterem lavant.

Charon. Cruciantur interea.

Mercurius. Nempe verum, modo ne quid in ipsos gravius decernatur, quam ut libera cuique sua sit religio, quieturos esse non dubito.

Charon. Pro ventre igitur, suo deo, non pro pietate digladiantur.

Mercurius. Rem acu tetigisti.

Cbaron. Rex vero quid?

Mercurius. Placidus ille quidem ac mitis utrosque sua lenitate placare studet.

Charon. Quam ob rem lutheranos non coërcet?

Mercurius. Obstat Polonorum incomparabilis libertas.

Charon. Huic non adversantur rasi vertices?

Mercurius. Immo delere, si possent, non dubitarent.

Charon. Audax hominum genus et nostrae (causae) utilissimum; utinam floreant.

Mercurius. Immo dii te male perdant, qui coeli aulam incolis vacuam esse in aeternum optas.

---

[1]) W rękopisie „ternuciu m".

Charon. Perge, Mercuri, ad reliqua.

Mercurius. Ne verbum quidem amplius addam, usque adeo mihi tua bilem movit avaritia. Quod si placatus tibi cras occurrero fortasse et quaedam alia ex me cognosces. Nam ego inconspicuus hodie consiliis arcanis interero.

29.

Echo Grodniana ad ferarum latebras,

mortem ser^mi^ Stephani regis lugens.

1586. [1])

Neminem in hac solitudine, quo cum colloquar habeo. — *Echo.* Eo.
Quis se ire dicit? Cur non recta ad colloquium prodit? — *E.* Odit.
Si lucem: latro vel praedo est, aut quem aegritudo animi perturbat.—*E.* Turbat.
Forsan devius has ferarum latebras oberras?—*E.* Erras.
5 Aut ex delicto in poenam hic alligaris?—*E* Garris.
Aut sagarum in valle hac sectaris choreas?—*E.* Eas.
Quid ergo? Animine moeror te aspectui nostro subtrahit?—*E.* Trahit.
Quid mali quaeso? Te solumne tangit haec animi consternatio? *E.* Natio.
Quid nationem dicis? forsan malo aliquo Polonia nostra turbatur?—*E.* Bathor.
10 Cui is ipse praeest et qui eam magna dexteritate rexit. — *E.* Exiit.
Quid exiit? Modo non e vita?—*E.* Ita.
Heu! quid audio? E vivisne hic magnanimus heros excessit?— *E.* Cessit.
Qui pater patriae fuit et improborum factionum turbator. — *E.* Bathor.

---

[1]) Archiwum namiestnictwa w Innsbruku, Ferdinandeum, Nr. 338. Stefan Batory umarł w Grodnie 12 grudnia r. 1586.

Qui tot superbas in regnum exterorum hostium insultus toties repressit.—*E.* Pressit.

15 Miserabilium personarum ancora et iustitiae sacer portus. — *E.* Ortus.

Vere ortus: suppressa enim diu languens iacuit.—*E.* Acuit.

Improbas consuetudines et pro libitu quidvis agendi licentiam sustulit.—*E.* Tulit.

Idque bono procerum consensu.—*E.* Sensu.

Quem subditi ob virtutes heroicas et in inclytum regnum merita ut primum amavere.—*E.* Vere.

20 Hunccine fata nobis aspera infoelici hoc tempore regem invident?—*E.* Vident.

Omnia forsan in peius ruere et mundum ad interitum festinare. *E.* Nare.

At quis, quaeso, rebus ita stantibus regnum hoc inclytum reget?—*E.* Eget.

Quis sceleratos puniet? Qui iura dabit?—*E.* Abiit.

Quis denique motus compescet, quos dabit interregnum?—*E.* Regnum.

25 Sine capite vix solum suffecerit.—*E.* Erit.

Caputne? quod? quaeso, mihi nunties.—*E.* Scies.

Unde sciam? cum primum audiam morte prudentis regis regnum desertum.—*E.* Sertum.

Novumne? quod novo venit imponendum regi texitur? — *E.* Texitur.

Huic tam cito? quem putas serto vel diademate hoc ornandum? *E.* Nondum.

30 Pro rege non populo artis nauticae non assueto.—*E.* Sueco.

Is certe ratione sanguinis dignus regno qui praeesset—*E.* Esset.

Regio enim stemmate, patre rege, regina matre, eaque Polona est prognatus.—*E.* Natus.

Qui polonis assuevit moribus et linguae; forsan et religio correspondet.—*E.* Spondet.

Si modo se neminem ad certam fidem seu religionem astricturum.—*E.* Durum.

35 Durum sit licet, tamen ut spondeat necesse erit.—*E.* Erit.

Sed quid ad hoc dicis, quod statuta regni in electione rationem sanguinis non attendunt?—*E.* Tendunt.

Ad eum forsan finem ne inducatur necessitas conferendi sceptrum regni inepto, sanguine proximo.—*E.* Immo.

Verum hic, qui regno praesit prudens, potens et dignus est.—*E.* Est.

Livoniae ducatum ab hoste tenebit inviolabilem.—*E.* Bilem.
40 Moscho forsan movebit, cuius vires faciet nihili.—*E.* Hili.
Quid Turca dicturus ad electionem statuum, qui regno praeficere conantur tam potentes?—*E.* Dentes.
Collisurus sine dubio? nam reges, quos potentia longe praecellat, expetit.—*E.* Petit.
Qui nisi eligantur, foedus rumpitur et ad bellum concurritur.—*E.* Itur.
Quem ergo feret? putasne ei gratum fore archiducem Austriacum?—*E.* Acum.
45 Ut qui accessione regni huius potentior factus ipsum pungat.—*E.* Ungat.
Ungat certe necesse est, qui ipsum expetit ad stipulatorem. —*E.* O! rem.
Indignam sane et quae fieret cum periculo huius reipublicae maximo.—*E.* Immo.
Pendere enim ex solius tyranni metu, quam grave esset futurum!—*E.* Durum.
Speramus itaque electionem liberam et vel Sueco, vel Austriaco gratam.—*E.* Ratam.
50 Inclyti regni proceres aversentur consilium seu iussum turcicum solummodo.—*E.* Modo.
Quid modo? Vereris, ne offendatur et vindicentur offensae? —*E.* Ense.
Sunt et principibus his enses, quorum uterque ob potentiam regni est capax.—*E.* Pax.
Pacem quidem optamus omnes, sed non eam, quae libertati publicae noceat.—*E.* Eat.
In malam crucem qui talia optat, et ut rancidum regni membrum pereat.—*E.* Eat.
55 Qui ergo pacem clamas, putasne electione hac turbatam iri?—*E.* Iri.
Impedietur ergo contradictionibus Turcae etiam haec domus inclyta?—*E.* Ita.
Putasne illustres Poloniae status Bathorei stemmatis rationem habituros?—*E.* Duros.
Futuros credis? cum tamen virtute venirent invitandi Bathorea.—*E.* Ea.
Haec gratia domus illi facta defuncti regis merita compensaret.—*E.* Aret.
60 Vivere debebat, quandoquidem non ita pridem excessit ex hac vita.—*E.* Ita.

Certe ipsius ex fratre nepos [1]) princeps magnanimus et rebus gerendis aptus fertur.—*E.* Fertur.
Modo non consanguinitas eligendi in posterum regem consanguineum necessitatem introduceret.—*E.* Duceret.
Observabitur itaque in futura electione regni statutum.—*E.* Tutum.
Quod regnum Piasto confert gubernationi apto.—*E.* Apto.
65 Invenies certe in regno hoc et prudentia, et potentia viros praestantes.—*E.* Stantes.
Pro salute patriae, quos negligit invidus votantium numerus.—*E.* Merus.
Quam enim dextre magnam administret Poloniae vides partem clerus.—*E.* Heros.
Verum hic regnum non appetit propter regulam.—*E.* Gulam.
Nec propter gulam, habet enim, unde vivat, grata.—*E.* Rata.
70 Politicis ergo cedet honorem hunc haud iniuste.—*E.* Iuste.
Et certe potissimum habenis regni proximo.—*E.* Immo.
Secreta qui regni tenet et patrios qui novit mores —*E.* O! res.
Optima certe: qui militiae hostem repressit et domi pacem coluit.—*E.* Luit.
Forsan recte administratae iustitiae poenas?—*E.* Poenas.
75 Haud pro gratia poenas rependi in tam inclyto regno existimo.—*E.* Immo.
Non tamen communiter, sed ab his nonnunquam quos tangit poenae nomen.—*E.* Omen.
Metuo Zborovios ob memoriam perempti fratris non contentos fore in hac electione.—*E.* O! ne.
Quid me iniuria afficis? Immo Zboroviorum frater iure est convictus.—*E.* Ictus.
Non ictus, sed ense caesus ob res quasdam perpere gestas.—*E.* Aestas.
80 Aestas vel hiems fuerit, dum capite plecteretur, ignoro.—*E.* Oro.
Quid oras, te ut audiam? Immo facio tibi, quod vis dicere.—*E.* E re.
Quod ipsum et faciet et perpendet domus illa inclyta. — *E.* Ita.
Et cum ipsa illustris et magnificus comes Gorcensis [2]). — *E.* Ensis.

---

[1]) Zygmunt, syn Krzysztofa.
[2]) Stanisław Górka, wojewoda poznański i starosta generalny wielkopolski.

Adversus hostes regni, salutis autem publicae benignus fautor.
E. Author.
85 Faxit ergo Deus, ut in hac electione dignus procedat aemulus.—
E. Mulum.
Nec rudis prudentum consilia et vota impediat votantium multitudo.—*E.* Dudo.
Certe quos utriculator citius quo vult quam prudens ratio trahit.—*E.* Trahit.
Absit discordia et turbulenti dissidentium motus dispereant.—
E. Eant.
In malam crucem, nec unquam ad concordem electionem redeant.—*E.* Eant.
90 Quod quidem preceris mecum a Deo, qui resides in hac resonabili valle.—*E.* Vale!
Et tu, sitque haec imprecatio et colloquium nostrum tibi dulce levamen.—*E.* Amen!

30.

Pasquillus.

1587. [1])

Interlocutores: Respublica, Echo.

Quemnam mihi adversum venire video?—*Echo.*
Estne haec, ut arbitror, altrix nemorum?—*Horum.*
Illa nimirum Echo? nimirum vocalis?—*Talis.*
Ades dum paulisper, ut mecum colloquare —*Quare?*
5 Scire vis praesentium rerum mearum statum?—*Gratum.*
Errorum mihi spes facta corrigendorum.—*Horum?*
Multi auctores fautoresque huius rei,—*Spei,*
Qui meae dant operam reformationi,—*Boni.*
Primis suscepta haec cura senatoribus.—*Quibus?*
10 Primas regni [2]) id studet archiepiscopus—*Opus.*

---

[1]) Tytuł i rok przezemnie dodane. Akademia Umiejętności w Krakowie, rękopis Nr. 392, fol 28.
[2]) Stanisław Karnkowski.

Praesul, palatinus Posnaniensis, [1]) ora,—*Fore?*
Et reliqui, quibus est nobilitas iuncta.—*Cuncta.*
Erunt quoque non pauci, puto, contrarii,—*Scharii.* [2])
Qui me redditibus amplis spoliaverunt,—*Erunt.*
15 Neque contenti ditari satis abunde,—*Unde?*
Publicae legationis dum sub munere—*Vere?*
Agebant propriam rem, tum perdebant meam —*Eam?*
Promotores fuerunt malarum artium,—*Partium?*
Quibus me plane commissi sunt opprimere,—*Mere.*
20 Ipsique regni sortiri gubernaculum—*Culum.*
Et pro libitu omnia agere student.—*Pudent?*
His malis liberam fore me non dubito,—*Cito.*
Si omnis curet aeque, quod omnes afficit.—*Vicit.*
Nec constantia desit in re proposita.—*Ita.*
25 Idem est facturus regni cancellarius, [3])—*Marius.*
Generalis regni militum magister,—*Bis, ter.*
Non incompatibilia sunt officia,—*Vitia.*
Regem semper summo prosequitur honore.—*Ore.*
Et regni reverenter senatores idem,—*Pridem?*
30 Nec unquam proprio officio aberrat,—*Errat*
Omnes eius conati sunt salutiferi,—*Feri.*
In reipublicae utilitatem cedunt,—*Laedunt.*
Planeque in omnibus est optimus civis.—*Vis, vis.*
Meretur ergo multa praeconia laudis,—*Fraudis.*
35 Utinam illi longam fata praestent vitam—*Citam.*
Et cuncta illius amne secundo fluant,—*Ruant.*
Ut semper vigeat memoria eius—*Peius.*
Et nomen gloriae tradatur mortali.—*Mali.*
Optandi pares successus eius sodali—*Quali?*
40 Qui primus baculatus [4]) inter regem praeit,—*Regit.*
Provisor aerarii publici [5]) sat fidus,—*Avidus.*
Sodalis arctus publico in officio,—*Vitio.*
Et coniuratis fraterno secum in amore.—*Ore.*
Optandum similiter Naklensi castellano [6])—*Vano*
45 Invicem hi namque vitant suas operas—*Peras.*

---

[1]) Stanisław Górka.
[2]) Saryusze, stronnicy Zamoyskiego.
[3]) Jan Zamoyski.
[4]) Jędrzej Opaliński, marszałek wielki koronny.
[5]) Jan Dulski, podskarbi koronny.
[6]) Stefan Grudziński.

Una mens, unus quoque animus omnium,—*Trium.*
Unus et perinde sit successus omnibus—*Tribus.*
Fruantur e vivis tandem sublati luce—*Cruce.*
Asseclis eorum pariter eveniat—*Fiat.*
50 Atque ipsi etiam Ostrorogo. [1])—*Rogo.*

31.

Pasquillus.

Candidati.

1587 [2]).

Domus Austriaca.

Dudum ambit, multa expendit, exigeret plura, quia est paupercula; qualis esset defensio, daretur Turcae pensio.

Suecus.

Aetas iuvenilis, ad omnia habilis, nobis similis; si bonus miles, fiat rex.

Moschus.

Multa fert bona, si Dei dona haberet, si compos rationis, [3]) posset esse commodus Polonis.

Piastus.

Obstant amici, ob hoc inimici.

Dux Parmensis. [4])

Practica multiplex, doli occulti, venena et sitis auri; omnia haec tendunt in auxilium. [5])

---

[1]) Jan, późniejszy kasztelan i wojewoda poznański.

[2]) ok dopisałem. Rękopis Akademii Umiejętności w Krakowie Nr. 638, fol. 109, i Biblioteki Watykańskiej, Mss.Ottob. Nr. 2642, fol. 93.

[3]) W rękopisie Watykańskim: nationi posset esse commodus polonae.

[4]) Alfons II.

[5]) W rękopisie Watykańskim: trudunt in exilium; odi Italum.

Bathori. [1])

Patriae conspiratio, Turcae commendatio, affinitas odiosa, nobis damnosa, gens tota invisa: procul sit a regno.

32.

Pasquillus.

1587. [2])

Poloni magnum phanpharum,
Quorum caput lirumlarum,
Si rex vobis sit Persarum,
Erit iugum peramarum.
5 Si voletis Moscovitam,
Ducetis servilem vitam.
Si creatis Tartar-hanum,
Trudet palum is per alvum.
Quod si vero magnum Turcam,
10 Figet omnes vos in furcam.
Praestat elegisse Suecum,
Dabit vobis album graecum.

33.

Polonia et Austria colloquuntur.

1587. [3])

Polonia. Quo properas? *Austria.* Emptum. *P.* Quis venditor? *A.* Exul.
P. Quae merx? *A.* Sarmatici prodita sceptra soli.

---

[1]) Zygmunt, bratanek króla Stefana, ożeniony z Anną, arcyksiężniczką rakuską.
[2]) Biblioteka Strachowskiego klasztoru w Pradze, Mss. Nr. 80, fol 412.
[3]) Biblioteka Uniwersytetu Warszawskiego, rękopis 6. $^{2}/_{4}$, fol. 225.

P. Venditor improbus, improba merx est, improbus emptor,
Improbus eventus, improbus usus erit.

Aliud.

P. Quo properas? *A.* Antiqua ad moenia Crachi,
Ungaria amissa, postulo Sarmatiam.
P. Quae tibi sunt artes opulentia quaerere regna?
A. Omnia promitto, sacra, prophana, deos.
5 *P.* Quae vobis rapuit mala sors illa aurea regna
Ungara?—*A.* Pastor iners, pastor avarus eram.
P. Fortibus hic opus est magno tum in fauce luporum,
Pastor iners procul hinc, pastor avare, procul!

Aliud.

Quae mala mens, quis te nostris furor impulit oris,
Dum nova, dum non iusta petis, stultissime perdis
Et res, et regnum, sed non parta fuerunt.
Credo equidem atque oculis Deus haec circumspicit aequis,
5 Non sua qui faciunt, foelix sua quem mala cautum,
Est prudens asinus, quem nulla pericula terrent.

34.

Kondycye

posła tatarskiego, cara Prekopskiego,
podane, aby pan jego mógł być królem polskim.
1587. [1])

1. O wiarę moja nic nie mówisz: twoja — papież, moja — papież, twoja—luter, moja—luter, jako każesz; moja żyć bude tak. jako choczesz.

2. Królowa chorosze grosze majesz, moja nic nie dbajesz; ciebie za żonu bieresz i budziet dobre j.....

3. Moja do roku na wojnę trzykroć jedesz, moja chorujesz. twoja śpisz.

---

[1]) Akademia Umiejętności w Krakowie, rękopis Nr. 638, fol. 37.

4. Moja siodło sam robisz, strzała, łuk, safian; sama robisz, nie kupisz, waszego skarbu nie uszkodzisz.

5. Co moja Tatar wziął mużyk i żonku waszu, moja darmo puścisz.

6. Tatar moja z twoją Polską złączysz.

7. Żonka wasza w ordzie Tatar bieresz, nasza Tatar u was żonka bieresz.

8. Moja mnoho pola majesz, Mazurom, Podlasianom ono dajesz, bo mało ziemia twoje majesz.

9. Moja wolność dajesz kolko żon choczesz, tolko majesz.

10. Moja kobela jesz, koń jesz, baran jesz, wół jesz, mleko pijesz, wino przedajesz.

11. Moja jesz co Bóg zabijesz, twoja nie dbajesz, skarbu twego nie uszkodzisz.

12. Moja kobelę odrzesz, twoja psom wyrzucisz.

13. Moja świnie nie jesz, ale koli mene królem obieresz, świnie budet jeść i z prosięty pojesz.

14. Moja wszelka wolność dajesz, a twoja honorujesz.

15. Twoja mi koń dajesz—moja nie dbajesz; kożuchy dajesz — moja więcej majesz.

16. Tego mi nie dajesz, jeśli mię za króla majesz.

35.

Responsum

nuntiis candidatorum regni Poloniae
ab ordinibus equitum datum
in comitiis Varsaviensibus anno 1587. [1])

Sacrae Caesareae Maiestati:

Dulcis in expertis cultura potentis amici.

Regi Catholico:

In commune bonum vigilat, cognoscimus ipsi
At gaudemus, opus nobis non esse potente.

---

[1]) Biblioteka Watykańska, Mss. Ottobon., Nr. 2642, fol. 93; Biblioteka Warszawskiego Uniwersytetu, rękopis 6. 2/4, fol. 203.

Regi Christianissimo:

Qui binos lepores una sectatur in hora,
Uno quandoque, plerumque carebit utroque.

Hungaris:

Euntes renuntiate, quae audivistis et vidistis;
Beatus, qui non fuerit scandalizatus in nobis.

Parmensi:

Nunc prece, nunc praetio, nunc vi, nunc sorte superna
Permulcet dominos et tendit in altera rura.

Piastis:

Nescitis, quid petatis.

Moscovitis:

Iam modo non census, nec clarum nomen avorum,
Sed probitas magnos ingeniumque facit.

Sueco:

Intende, prospera, procede et regna.

Reliquis in universum:

Istud nobis non peti, sed concendi solet. [1])

36.
In Poloniam tumultuantem.

1587. [2])

Dum duo germani certant de paupere regno,
Germanos inter, stulte Polone, peris,
Dirimite, o miseri, dum tertius ingruat hostis,
Unius et domini fiat utrumque caput.

Aliud.

Unum non poteras tolerare, Polonia, regem,
Qui tibi non regis sed vice patris erat.

---

[1]) W rękopisie Warszawskim: „Istud vero concedi, non peti solet".
[2]) Biblioteka Uniwersytetu Warszawskiego, rękopis 6. $^{2}/_{4}$, fol. 203.

Disce modo, infelix, multis servire tyrannis:
Pacem non poteras, incipe ferre iugum.
5 Nunc ruite in ferrum pro libertate, Poloni,
Nunc odisse licet, nuncque periisse licet.

37.

Maximilianus electus.

1587. [1])

Me mala paupertas, exhausta aeraria regni,
Austriaca ambitio, multorum ignavia fratrum
Ire iubent; prohibent miserorum exempla parentum,
Perdidit horrendo quos saeva Polonia bello.

38.

Inscriptio vexillo Maximiliani archiducis.

1587. [2])

Me virtutis amor, charique iniuria patris, [3])
Me Deus, Austriacûm me publica commoda rerum
Ire iubent, stimulant magna exempla parentum.
Ibimus: aut mortem, aut regnum acquiremus in armis.

Responsum nomine regis Sigismundi III.

Bella gerens perdis, nubens capis, Austria, regna.
Austria, nube; duces bella gerant alii.

---

[1]) Biblioteka Uniwersytetu Warszawskiego, rękopis 6. $^{2}/_{4}$, fol. 225.

[2]) Biblioteka ordynacyi Zamoyskich, Stanisława Różyckiego Penu historico-politicum, fol. 54. Drukowane w „Pamiętnik Sandomierski", II, 383, ale niedokładnie i z dodaniem do „odpowiedzi" 3-go wiersza: „Et iuste bellanti Christus adesse solet".

[3]) Maksymiliana II cesarza, obranego królem polskim w r. 1575.

39.

Przestroga Maksymilianowi, Panów Zborowskich królowi, Od jednego żołnierza, Cnotliwego rycerza. [1])

Maksymilianie!
Nieszczęśliwe to imię u polskiej korony
Mogłoby sobie szczęścia szukać z innej strony.
K temu wiesz, iż Polacy Niemca nienawidzą,
Pospolicie jak z błazna radzi zdawna szydzą.
5 Łakome to królestwo temu narodowi,
Nie inaczej jak dziewka młodemu chłopowi.
Ojca to nie potkało, ciebie pogotowiu!
Radzę wam, panie bruder, jedźcie stąd we zdrowiu.
O królestwie próżna myśl, bo już króla mamy:
10 Cnotliwego Zygmunta tym być wyznawamy.
Opactw kilka wakuje, proś o które raczej,
Lepszych niżli Mogiła, a nie waśni braciej.
Moja rada, Maksysiu, żebyś czuł o sobie,
Bo, wierę, barzo szepczą z kilku stron o tobie.
15 Lepiej jedź a powoli, bo doczekasz tego,
Że noclegi zaś musisz składać trzy w jednego.
Cóż tu masz za roskosz w tej miłej Mogile:
W łowy próżno, chyba w takie, żebyś łowił gile.
Pałaców tam królewskich nie użyjesz znaku,
20 Nie mogę się domacać w twym rozumie smaku.
Jakaż to twa niesława, jakaż to sromota,
Co ciągniesz przez potrzeby tak haniebnie kota.
Zawiedli cię Zborowscy, Stadniccy i Górka,
Jazłowiecki i Jordan—toć gromada wciorka!
25 Acześ im też przysiągł na konfederacyą,
Ale to złą (będzie) do twego propositum racyą!
A jednego tytułu już nigdy nie zbędziesz
Wstydliwego, kiedy zaś z kimkolwiek zasiędziesz,
Żeć rzeką: „królu polski”,—a ono tak nie jest.
30 Dałeś się bo tym uwieść, co im szło już o reszt.

---

[1]) Akademia Umiejętności w Krakowie, rękopis Nr. 638, fol. 156.

Źleś przeto, tak ci powiem, nieboraczku goły,
Wegnał tu do tej Polski barzo swoje woły.
Bo jak jeszcze do tego nasz Zygmunt przyjedzie,
Nie radbym zaprawdę był na takim obiedzie.
35 Tysiąceś porozdawał, na nieś się zadłużył,
Któreć się już nie wrócą, a niceś nie użył
Onych roskoszy, o których ci powiedali,
Zeznasz mi to zaś potym, że tobą matali.
Mogłeś się już był karać ojcowską przygodą,
40 Bo go też było także obrano niezgodą,
Iż nie mógł być, obaczył, umarł w tym frasunku.
I ty, widzę, upadniesz, nie myśl o ratunku.
Życzliwy przyjaciel żołnierz.

40.

Examen pasquilli polonici,

desumpti ex 2-do libro Aeneidos,
sed male ad rem accommodati.
1588. [1])

Infultus maledici huius scripti auctor, dum magno conatu maledicere aliis tentat, suas ipsius ineptias prodit; qui enim alludere ad aliquid et allegoriis uti studet, intra terminos, ut vocant, prius propositos manere debet.

Necesse igitur est, ut per Troianos, Phryges, Dardanios et Teucros (nam hi iidem sunt) nostrates intelligat et casibus nostris adversis insultet, et per Pelasgos et Danaos, id est Graecos, qui Troiam expugnarunt, suos innuat Polonos,
vel contra statuat
Polonos esse Troianos et afflictos, summoque in discrimine versantes, Graecos autem esse nostrates Poloniae inhiantes, dolisque certantes, a quibus a suo cancellario liberati fuerint.

---

[1]) Biblioteka Nadworna w Wiedniu, rękopis Nr. 8710, fol. 19. Według Józefa Chmela: „Die Handschriften der k. k. Hofbibliothek in Wien", I, 642, autorem tej krytyki był Hugo Blotius, bibliotekarz cesarski. Tekstu samego paskwilu nie znalazłem w znanych mi zbiorach rękopisów.

Utrocumque igitur modo suas instituat allegorias, turpiter se dat.

Singula autem videamus.

1. Troas, id est territorium et regio Troiae — corona seu status Poloniae.

2. Ruit alto a culmine Troia—Poloni [1]) se miseros Troianos fingunt Maximilianici.

3. „Instar montis equum perversa Palladis arte" [2]) aedificat. Haec verba tribuit Maximilianicis, ut ipse vocat, quae calumniator perversus prave pervertens, ubi Virgilius dixit „divina Palladis arte", iste ponit „perversa Palladis arte. Hic igitur nostrates vult esse Graecos dolosos. Nota enim historiam de equo Troiano, in quo Graeci armati latentes a Troianis nihil tale suspicantibus et a Sinone, proditore Graeco, deceptis intra muros trahebantur. Ubi autem hic noster equus, ubi noster Sinon proditor, ubi autem vestra Troia. quae talia passa est? — En, nebulo, quam ubique claudicet tua allegoria!

4. Legatus papae: [3]) „ducendum ad sedes simulacrum". [4]) Hunc legatum, ut apparet, Troianum vult esse et suasisse, ut Graecorum equus, hoc est, ut ille autumat, nostrum ius et actio, a Polonis admitteretur. Nos antea Graecos statuit, fautorem nostrum statuit Troianum.

5. Imperatoris legatus: [5]) „laxat claustra Sinon". [6]) Hic legatum Sacrae Caesareae Maiestatis Sinoni, Graeco proditori, comparat. quasi per dolum et simulationem Maximilianicis aditum in Poloniam patefecisset. Quis tam immanem illius scurrae calumniam non exsecretur?

6. Archiepiscopus Gnesnensis: [7]) „duci intra muros hortatur et arce locari sive dolo". [8]) Hunc etiam Troianum statuit suadentem, ut Graecorum, id est Germanorum, dolosus equus intra moenia urbium polonicarum recipiatur.

---

[1]) To zdanie dopisane nad wierszami, nad przekreślonym frazesem: „utra? —Poloniane hic tibi Troia est, an Germania, aut nostra alioqui pars?—Explica te ipsum, sycophanta!"

[2]) Enejda Wergilego (recensuit Otto Ribbeck) księga II, wiersz 15.

[3]) Hannibal z Kapui, arcybiskup Neapolitański, nuncyusz Sykstusa V.

[4]) Enejda księga II, wiersz 232.

[5]) Stanisław Pawłowski, biskup ołomuniecki, poseł cesarza Rudolfa II.

[6]) Enejda, II, 259.

[7]) Stanisław Karnkowski.

[8]) Enejda ks. II, w. 33.

7. Conventus Poloniae Maioris: „scilicet in nostros fabricata haec machina muros".[1]) Ostendit conatus nostros conventui illi suspectos fuisse. Sunt autem verba Laocoontis, cui cum equus Graecorum ipsi esset suspectus, obstitit et hastam in equi latus contorsit, nolens eum intra muros recipi.

8. Nobilitas polonica: „Scinditur incertum studia in contraria vulgus". [2]) Hoc solum noster sycophanta vere dixit.

9. Rex: „infelix Priamus". [3]) Si hic nostrum regem [4]) intelligis, perverse pasquillaster, memineris hic impudentis inconstantiae tuae Priamus Troianus fuit, a Graecis occisus patria eversa; at noster hic rex neque occisus est, neque patriam eversam videt, immo verene infelix est, quin potius felix, qui vestros mores didicerit, vobisque respondet: „durabo et rebus memet servabo secundis". Item, non si male nunc, et sic erit olim. Vos autem hoc perpendite:

Nescia mens hominum fati sortisque futurae,
Nescitis, quid serus vesper vehat, [5])

et omnium rerum, heus! vicissitudo est. Captus olim fuit Mathias Corvinus, [6]) at postea ex custodia ad regni Ungariae coronam transductus. Sed haec Deo commissa sunto. Quomodo autem hoc quadrat, bone pasquillista? Supra Maximilianicos Graecos statuis ingentem equum aedificasse, vobisque terribiles ingruisse. Hic tui oblitus, eorum regem infelicem Troianum fingis! Iidem igitur tibi nunc Graeci formidabiles, nunc Troiani miseri sunt?

